7. *eorum*, um des folg. Relativums willen zu *illud genus* hinzugesetzt, konnte auch fehlen (S. 3. 2). Fin. III 64 *illa vox eorum, qui negant*, Verr. V 156 *illa multitudo eorum, qui* —. Vergl. II 58 ex., 89 in., III 37 in. | 9. *utraq. re* statt *utroque* (S. 44. 16, II 52 m.), während Z. 18 *utriusque* wohl Femin. ist. So steht *res* mit einem Pron. oder Adj. sehr gewöhnlich mit Beziehung auf einen vorhergegangenen oder folgenden bestimmten Begriff, sei es ein einzelnes Wort oder mehrere oder einen Satz, wo wir gar kein Substant. oder ein so allgemeines setzen wie 'Gegenstand, Fall, Begriff, Verhältnis' etc., öfter von den Herausgebern falsch getilgt wie fin. V 44 m. *Cognitio haec est una nostri* (S. 6. 6), *ut vim corporis animique norimus sequamurque eam vitam, quae rebus iis* (*corpore animoque*) *perfruatur*, div. II 3 *quibus rebus editis* (d. h. *expositis*, *prolatis* wie de or. I 120, II 325, III 228), inv. I 2 *si volumus huius rei, quae vocatur eloquentia* —, *considerare principium, reperiemus*; unten Z. 14, S. 44. 3, 48. 13, 49. 24, 54. 12 etc. | 11. *suam* z. II 78 ex. | *omne* 'ausschliefslich, völlig' etc. (S. 20. 16, 58. 14) wie 72. 4, II 71 p. m., 78 a. ex., III 26 ex. (ib. m. *omnino*), 37 m., 61 ex.; ebenso *totum* S. 59. 22. | 12 sqq. *in omn., quae aguntur — in tota vita* gl. S. 68. 18 u. 21. | *ex eo exquir.* S. 66. 16. | *quo m.* Man sagt *ita, sic, bene, male* etc. *natum* u. *generatum* (S. 64. 12) *esse*, 'von Natur so beanlagt' oder 'darauf angewiesen sein', *ea lege* III 52. | 13. *supra* § 110. | 14. *ei* fehlt in den besseren Hdschr. Mit *ei rei* ist gemeint *ut ex eo — quid deceat, exquiramus*; Z. 9. | 16. *hanc. rat.*, näml. *vitae constit.*, S. 51. 11. | 17. *fortuna* S. 39. 19. | 18. *omn.* S. 46. 11. | *in delig. gen. vitae* wiederholt der Deutlichkeit wegen, was in *ad hanc rationem* gesagt ist; S. 2. 4. |

vitae, sed naturae magis; multo enim et firmior est et constantior, ut fortuna non numquam tamquam ipsa mortalis cum inmortali natura pugnare videatur. Qui igitur ad naturae suae non vitiosae genus consilium vivendi omne contulerit, is constantiam teneat (id enim maxime decet), nisi forte se intellexerit errasse in deligendo genere vitae. Quod si acciderit (potest autem accidere), facienda morum institutorumque mutatio est. Eam mutationem si tempora adiuvabunt, facilius commodiusque faciemus; sin minus, sensim erit pedetemptimque facienda, ut amicitias, quae minus delectent et minus probentur, magis decere censent sapientes sensim diluere quam repente
121 praecidere. Commutato autem genere vitae omni ratione curandum est, ut id bono consilio fecisse videamur. Sed quoniam paulo ante dictum est imitandos esse maiores, primum illud exceptum sit, ne vitia sint imitanda, deinde, si natura non feret, ut quaedam imitari possit (ut superioris filius Africani, qui hunc Paulo natum adoptavit, propter infirmitatem valetu-

3 sq. *ad nat. suae genus cons. omne conf.* gl. S. 71. 11 *ad suam nat. cons. omne revocare.* Für *ad nat. suae non vitiosae genus* konnte auch stehen *non vitiosum* (S. 3. 2) oder *naturam non vitiosi generis.* Gewöhnlicher aber ist *hoc* etc. *genus rerum* als *res huius generis* (76. 14, III 32 ex.): S. 70. 2, 92. 23, 94. 2, II 64 p. m., 65 u. oft; vergl. S. 14. 10. | 4. *cons. conferre ad* ist etwas anders gesagt als das gewöhnliche *tempus*, *operam* etc. *conferre ad rem* (S. 32. 18), indem mit *ad* die Instanz eingeführt ist, vor die eine Sache zur Entscheidung gebracht wird wie bei *referre.* Fam. I 9. 23 ex. *ad arbitrium tuum*, Lig. 1 *omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est*, Marc. 18 *omnem spem salutis ad clementiam victoris*, Att. XIII 12. 4 *rem ad me.* | 7. Mit *mores* ist hier nicht der (bleibende) innere Charakter gemeint, sondern das äufsere Auftreten, Benehmen im Verkehr mit anderen, nach äufserst charakteristischer römischer Auffassung untrennbare Begriffe, wie 'das Leben', *vita*, womit jenes auch oft verbunden wird: *vita moresque* (S. 69. 1, z. S. 32. 21), identisch ist mit dem Handeln; S. 64. 4, II 32 m., Lael. 11 *mores facillimi*, 66 *suavitas quaedam sermonum atque morum.* | 11. *sapient.* Gemeint ist Cato. Lael. 76 *tales amicitiae sunt remissione usus eluendae et, ut Catonem dicere audivi, dissuendae magis quam discindendae.* Catos vulgär drastische Ausdrücke hat Cic. hier gewifs absichtlich verschmäht und zwei viel weniger zu einander passende gewählt. Interpolierte Hdschr. haben auch hier *dissuere.* | 13. *bono cons.* 'nach reiflicher Überlegung', auch *consilio* allein im Gegens. zu *casu* fam. VII 28 ex., Sull. 83 ex., leg. agr. II 6, zur Unüberlegtheit Att. XV 11. 3, Lig. 34 ex., zu *inertia* Cael. fam. VIII 2. 2 etc. Vergl. *iudicio* S. 35. 4. | 15. *except. sit*, nicht seltene Form gewissermafsen der Aufforderung an den Leser das betreffende gelten zu lassen. So öfter *constet*, *perspicuum sit*, *positum*, *propositum*, *praeceptum*, *exemplo*, *satis dictum sit*, Lael. 50 m., unten S. 92. 23, II 30, III 12. 49, 115. | Für *ne vitia sint imit.* könnte man erwarten entweder *ne vitia imitemur* oder *vitia imitanda non esse.* Es ist gesagt wie II 74 *danda opera est, ne tributum sit conferendum*, Verr. V 50 *Tauromenitanis cautum et exceptum sit, ne navem dare debeant, Mamertinis praescriptum sit, ut navem dare necesse sit*, 'dafs sie nicht verpflichtet sein sollen'. | 16. *possit*, dem Sinne nach der Mensch, *cuius natura non feret*; S. 12. 1 *faciat.* Die Hdschr. haben *possint.* | 17. *hunc*, den uns näher

dinis non tam potuit patris similis esse, quam ille fuerat sui); si igitur non poterit sive causas defensitare sive populum contionibus tenere sive bella gerere, illa tamen praestare debebit, quae erunt in ipsius potestate, iustitiam, fidem, liberalitatem, modestiam, temperantiam, quo minus ab eo id, quod desit, requiratur. Optuma autem hereditas a patribus traditur liberis omnique patrimonio praestantior gloria virtutis rerumque gestarum, cui dedecori esse nefas [et vitium] iudicandum est.

Et quoniam officia non eadem disparibus aetatibus tribu- 34 122
untur aliaque sunt iuvenum, alia seniorum, aliquid etiam de hac distinctione dicendum est. Est igitur adulescentis maiores natu vereri exque iis deligere optimos et probatissimos, quorum consilio atque auctoritate nitatur; ineuntis enim aetatis inscitia senum constituenda et regenda prudentia est. Maxume autem haec aetas a libidinibus arcenda est exercendaque in labore patientiaque et animi et corporis, ut eorum et in bellicis et in civilibus officiis vigeat industria. Atque etiam cum relaxare animos et dare se iucunditati volent, caveant intemperantiam, meminerint verecundiae, quod erit facilius, si *ne* in

stehenden; vergl. S. 7. 2, 80. 15, 83. 10, III 73 p. in. | 2. *si igitur* —. Die vor der Parenthese aufgestellte allgemeine Bedingung wird nach derselben spezialisiert wiederholt; S. 65. 16. | 5. *quo minus — requiratur* Absichtssatz statt eines Folgesatzes, eine der häufigsten Formen der S. 39. 7 besprochenen Auslassung eines Zwischengedankens: 'was deswegen zu bemerken ist'. Dafs der Satz nicht als Absicht des übergeordneten Subjekts anzusehen ist, zeigt auch *ab eo*; vergl. S. 67. 10. | 6. *desit* z. II 72 m. | 8. statt *et vitium* ist eine sehr gelungene Korrektur des cod. p *et impium*.

11. *que* S. 17. 9. | 12 sqq. Tac. or. 34 *Apud maiores nostros iuvenis ille, qui foro et eloquentiae parabatur, imbutus iam domestica disciplina refertus honestis studiis deducebatur a patre vel a propinquis ad eum oratorem, qui principem in civitate locum obtinebat; hunc sectari, huius omnibus dictionibus interesse sive in iudiciis sive in contionibus adsuescebat.* So erzählt Cic. von sich Lael. 1 *a patre ita eram deductus* (dies ist der terminus) *ad Scaevolam sumpta virili toga, ut, quoad possem et liceret, a senis latere numquam discederem — quo mortuo me ad pontificem Scaevolam contuli* (II 46 ex.), und er selbst hatte einen Kreis von jungen Männern um sich. | 14. *iniens aetas* (II 44) gl. *iniens adulescentia* S. 70. 16, *prima aetas* II 45, *initium aetatis* S. 95. 9, Gegens. *acta* oder *exacta aetas*, das Greisenalter. | *aet. inscitia* S. 14. 10; *insc.*, 'die Ungeschicklichkeit, Unerfahrenheit', ein höflicher Ausdruck für 'Dummheit', bei Cic. nicht zu verwechseln mit *inscientia*, anders bei Tac.; S. 85. 14, III 72. | 17. *eorum*, als ginge *adulescentes* und nicht *haec aetas* worauf; Acad. II 103 *Academia — a quibus*, 120 *cuius* (*dei*) *maiestatem* bezüglich auf ein vorhergegangenes *divina* (*sollertia*), unten S. 86. 10; vergl. z. S. 8. 10, II 48 in. | 19. *iucund.* 'Frohsinn, Heiterkeit', auch als bleibende Eigenschaft 'Jovialität' (S. 10. 9); sonst auch konkret 'die Annehmlichkeit' (S. 9. 8). | *volent* S. 66. 8. | 20. *ne* fehlt in den Hdschr. Möglicher Weise haben sie *ne* nicht sowohl ausgelassen als hinter einem *i* und vor einem *e* in

123 eius modi quidem rebus maiores natu nolent interesse. Seni-
bus autem labores corporis minuendi, exercitationes animi
etiam augendae videntur; danda vero opera, ut et amicos et
iuventutem et maxime rem publicam consilio et prudentia quam
plurimum adiuvent. Nihil autem magis cavendum est senec-
tuti, quam ne languori se desidiaeque dedat; luxuria vero cum
omni aetati turpis, tum senectuti foedissima est; sin autem
etiam libidinum intemperantia accessit, duplex malum est, quod
et ipsa senectus dedecus concipit et facit adulescentium inpu-
124 dentiorem intemperantiam. Ac ne illud quidem alienum est,
de magistratuum, de privatorum [,de civium], de peregrinorum
officiis dicere. Est igitur proprium munus magistratus intel-
legere se gerere personam civitatis debereque eius dignitatem
et decus sustinere, servare leges, iura discribere, ea fidei suae
commissa meminisse. Privatum autem oportet aequo et pari
cum civibus iure vivere neque summissum et abiectum neque
se ecferentem, tum in re publica ea velle, quae tranquilla et
honesta sint; talem enim solemus et sentire bonum civem et
125 dicere. Peregrini autem atque incolae officium est nihil
praeter suum negotium agere, nihil de alio anquirere mini-
meque esse in aliena re publica curiosum. Ita fere officia
reperientur, cum quaeretur, quid deceat, et quid aptum sit
personis, temporibus, aetatibus. Nihil est autem, quod tam deceat
quam in omni re gerenda consilioque capiendo servare constantiam.

35 Sed quoniam decorum illud in omnibus factis, dictis, in
126 corporis denique motu et statu cernitur idque positum est in
tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto, diffi-

in verdorben. | 1. *eius m. reb.* bezüglich auf *relax. an. et. dare se iucund.*; S. 71. 9. | 7. *sin autem* S. 34. 4. | 8. *access.* S. 70. 27. | 10. *alien.* wie S. 86. 6, II 23 in. | 11. Wenn Cic. *de civ.* geschrieben hat, so ist es ihm nur auf den Parallelismus zweier Paare angekommen; denn von *cives* redet er nachher nicht und ist nach dem obigen nichts mehr zu sagen. | 14. *iura* S. 40. 22. | *discr.* S. 13. 10. Die Hdschr. haben *descr.* | 16. *cum civ. viv.* III 107 ex. | 17. *tum* S. 15. 10. | *in re p.* 'als Staatsbürger'; S. 4. 3. | 18. *sentire* für *existimare* mit doppeltem Accus. ist nicht häufig; aber hier u. III 75, fin. III 34 wohl absichtlich gewählt, um das Urteil mehr als auf Empfindung als auf Reflexion beruhend zu bezeichnen. S. 23. 2; III 110 m. | 19. *incolae* sind nicht 'Einwohner', sondern *μέτοικοι* im Gegens. zu den eigentlichen *cives, municipes, coloni.* Isid. Orig. IX 4. 40 *Incola non indigenam, sed advenam* (S. 17. 9) *indicat.* | 20. *agere* S. 12. 1. | 21. *que* S. 17. 9. | *in* S. 14. 6. | *curios.* *πολυπράγμων.*

25 bis c. 42 ex. Pflichten des *decorum* in äufseren Dingen (S. 63. 1), 1) *verecundia* c. 35, 2) *pulchritudo* c. 36, 3) Vorschriften für Rede und Unterhaltung c. 37 sq., 4) über die Wohnung c. 39 § 138—140, 5) *ordo* c. 40 sq., 6) über die verschiedenen Berufsarten c. 42. Wie wenig systematisch auch diese Disposition ist, springt in die Augen. Bedenklicher noch ist, dafs hier eine andere Einteilung aufgestellt wird, ohne nachher berücksichtigt zu werden. S. auch z. S. 82. 10.

26. *motu et statu* S. 64. 8. | *cern.* S. 44. 4. | 27. *trib. reb.* S. 44. 16, 71. 9. | *ord.* S. 14. 5, § 142. | *or-*

cilibus ad eloquendum, sed satis erit intellegi, in his autem tribus continetur cura etiam illa, ut probemur iis, quibuscum apud quosque vivamus, his quoque de rebus pauca dicantur. Principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, quae formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu, quae partes autem corporis ad naturae necessitatem datae aspectum essent deformem habiturae atque foedum, eas contexit atque abdidit. Hanc naturae tam diligentem fabricam imitata est hominum 127 verecundia. Quae enim natura occultavit, eadem omnes, qui sana mente sunt, removent ab oculis ipsique necessitati dant operam ut quam occultissime pareant; quarumque partium corporis usus sunt necessarii, eas neque partes neque earum usus suis nominibus appellant; quodque facere turpe non est, modo occulte, id dicere obscenum est. Itaque nec actio rerum illarum aperta petulantia vacat nec orationis obscenitas. Nec vero 128 audiendi sunt Cynici, aut si qui fuerunt Stoici paene Cynici, qui reprehendunt et inrident, quod ea, quae turpia non sint, verbis flagitiosa ducamus, illa autem, quae turpia sint, nominibus appellemus suis. Latrocinari, fraudare, adulterare re turpe est, sed dicitur non obscene; liberis dare operam re honestum

natus ist das zur Toilette gehörige, Anzug, Frisur etc., *quae pertinent ad liberalem speciem et dignitatem* S. 83. 3, 77. 4. | 1. *intell.* S. 59. 5. | 2. *quibuscum viv.* S. 32. 21, *apud quos viv.* 'mit denen wir zusammen leben', d. h. in ihrem Lande; vergl. z. II 67 *quibus — quam in paucis.* | 3. *vivamus* II 72 m. | 5. *forma* ist die das innere Wesen klar veranschaulichende Gestalt (S. 64. 9), beim Menschen also besonders diejenigen Äufserlichkeiten, die sein Inneres abspiegeln und für ihn charakteristisch sind, *figura* die Struktur, der Bau. Daher N. D. I 90 *non ab hominibus formae figuram venisse ad deos* 'die (für den Menschen charakteristische) Gestalt ihrem äufseren Baue nach', *forma figuraque dicendi* de or. II 98, III 34. | *reliq., in qua esset* einschränkend: 'insoweit —' wie S. 91. 6, III 34 ex., 42, 44, 59 ex. | 6. *eam* grammatisch überflüssig wie S. 81. 9, III 13, imp. Cn. Pomp. 33 ex. *ut vos, qui —, ii audiatis.* | 8. *habit.* S. 26. 13. | 12. *part. usus* 'Körperteile zu gewissen Funktionen', S. 14. 10. | 13. *eas neque — neque earum.* Q. Rosc. 12 *eidem et remittebas et eundem concludebas* (vergl. II 15 ex. 55), Ac. II 69 *haec et didicit et scripsit de his rebus*, rep. III 33 *huic legi nec obrogari fas est neque derogari ex hac aliquid licet neque tota abrogari potest*, Verr. IV 21 *quibus non modo parcant, verum etiam praeda quos augeant*, Varr. r. r. III 7. 5 *unde et bibere et ubi lavari possint*, und mit Demonstrat. statt Relat. Verr. III 101 *quod neque — neque hoc*, unten II 12 m. (z. II 37 ex.); ohne Pronom. mit Zeugma II 4. 13. | 15. *rer.* S. 71. 9. | 16. *orat. obscen.* (S. 14. 10) gl. *verborum obsc.* S. 65. 4. | 19. *autem* S. 2. 2. | 21. *dicitur non obsc.* gl. *dicere obscenum non est* Z. 15, *verbis* Z. 19, *nomine obsc.* S. 76. 1. Ebenso *aspici non decore* S. 76. 12 gl. S. 75. 7 sq. Der Lateiner liebt es, statt 'dies ist eine Handlung' zu sagen 'dies geschieht' oder 'jemand thut dies' (II 69 ex. *postulari*). Wird die Handlung charakterisiert, so steht lat. natürlich ein Adverb., z. B. N. D. II 70 ex. *haec et dicuntur et creduntur stultissime*, 'dies sind thörichte Behauptungen und Glaubenssätze'.

est, nomine obscenum; pluraque in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. Nos autem naturam sequamur et ab omni, quod abhorret ab oculorum auriumque approbatione, fugiamus; status incessus, sessio accubitio, vultus, 129 oculi, manuum motus teneat illud decorum; quibus in rebus duo maxime sunt fugienda, ne quid effeminatum aut molle et ne quid durum aut rusticum sit. Nec vero histrionibus oratoribusque concedendum est, ut iis haec apta sint, nobis dissoluta. Scaenicorum quidem mos tantam habet vetere disciplina verecundiam, ut in scaenam sine subligaculo prodeat nemo; verentur enim, ne, si quo casu evenerit, ut corporis partes quaedam aperiantur, aspiciantur non decore. Nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum soceris generi non lavantur. Retinenda igitur est huius generis verecundia, praesertim natura ipsa magistra et duce.

Damit fällt für den Lateiner der Unterschied weg zwischen z. B. 'jemand thut etwas in thörichter Weise' und 'er begeht eine thörichte Handlung' oder 'die Handlung, die er begeht, ist thöricht' und endlich 'es ist thöricht diese Handlung zu begehen'; denn wenn die Handlung thöricht ist, so ist es thöricht sie zu begehen; II 71 in., III 1 m., 11 in., 13 m., 44 m., 67 in., 93 p. m., 102 ex. Ebenso wenn das Adverb. mehr selbständig nachgestellt ist; S. 47. 12. Vergl. S. 34. 15, 53. 19. | 5. *teneat* haben die Hdschr., die Herausgeber fast alle *teneant*; s. S. 65. 6, 87. 22, 90. 19, II 69, und dies sind nicht Ausnahmen, sondern etwas ganz gewöhnliches, oft von den Herausg. verdorben, wie Ov. M. I 99 *non galeae, non ensis erat.* Vergl. S. 11. 9, 18. 1, II 16 p. in., III 26, 28 m., 88. | *reb.* S. 71. 9. | *duo* S. 44. 16. | 7. *dur.* S. 18. 10. | *histr. conced. est, ut iis* — für *conced. est, ut histrionibus* — mit unmittelbar zu *conced.* hinzugesetztem Dativ ähnlich wie S. 46. 16, wodurch zugleich der Gegensatz zu *nobis* stärker hervortritt, andererseits aber der Übelstand entsteht, dafs es so aussieht, als ob zu (*ut*) *nobis dissoluta* (*sint*) ebenso *nec vero histr. — conced. est* Hauptsatz wäre wie zu *ut iis haec apta sint*, während der Sinn ist *nobis conc. est, ut nobis dissol. apta sint.* In dem adversat. Asyndeton *histrion.* — *nobis* ist das zweite Glied die Hauptsache; S. 2. 2. Für *conced., ut apta sint* könnte man erwarten *apta esse*, denn das *aptum esse* kann nicht erlaubt oder verboten werden. Aber andererseits kommt es hier doch nicht sowohl auf das Eingeständnis einer Thatsache an (dafs etwas passend sei oder nicht) als darauf, was man den Schauspielern gestatten darf (resp. was sich die Schauspieler erlauben dürfen, nämlich als für sich passend anzusehen). *Conced., ut apta sint* ist dieselbe Ellipse des Gedankens, wie in *efficio, ut*, 'ich beweise', *sic definio, ut aliquid sit* etc. (S. 83. 13), die bei *concedere* nicht selten ist: Lael. 18 ex. *concedant, ut viri boni fuerint*, Ac. II 55 *concedatur tibi, ut aliquid sit par*, fin. V 78, de or. I 248, fam. VII 23. 4 ex., Q. fr. III 1. 7, Verr. IV 8 *si tibi concedam, ut emeris*, aber nicht ib. 10 *concede, ut impune emerit.* Der Sinn des Ganzen ist: 'Und wenn dies für Schauspieler nicht passend ist, so dürfen wir ebenso wenig uns erlauben uns im äufseren Benehmen gehen zu lassen' | 8. *dissol.* S. 59. 13. | 9. *Scaen. mos* (S. 43. 3) *habet* (S. 26. 13) *tantam verec.* 'Bei den Schausp. herrscht nach alter Sitte und Zucht eine so strenge Vermeidung alles Anstöfsigen'. | 12. *asp. non decore* S. 75. 21.

Cum autem pulchritudinis duo genera sint, quorum in 36 130
altero venustas sit, in altero dignitas, venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem. Ergo et a forma removeatur omnis viro non dignus ornatus, et huic simile vitium in gestu motuque caveatur. Nam et palaestrici motus sunt saepe odiosiores, et histrionum non nulli gestus ineptiis non vacant, et in utroque genere quae sunt recta et simplicia, laudantur. Formae autem dignitas coloris bonitate tuenda est, color exercitationibus corporis. Adhibenda praeterea munditia est non odiosa neque exquisita nimis, tantum quae fugiat agrestem et inhumanam neglegentiam. Eadem ratio est habenda vestitus, in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est. Cavendum autem est, ne aut tarditatibus utamur 131
in ingressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur, aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates, quae cum fiunt, anhelitus moventur, vultus mutantur, ora torquentur; ex quibus magna significatio fit non adesse constantiam. Sed multo etiam magis elaborandum est, ne animi

1sqq. *Cum — virilem* S. 78. 10. | 2. *sit* ist von neueren Herausgebern in *est* geändert. Der Relativsatz gehört mit zur Begründung; S. 89. 3, II 48 in., (49 in.,) 70 in., III 45 m., (65, 88 m.,) inv. II 159 *cum duae partes sint, quarum altera sit*, Verr. act. I 3 *cum insidiae factae sint, quas devitarim*, Tusc. V 43 *cum duplex ratio sit, quod aegritudo — versetur* etc.; z. II 14 p. in. | 3. *Ergo* wie S. 80. 2, II 11, III 17. 68; z. S. 7. 6. | 4. *orn.* S. 74. 27. | 5. *palaestra*, von dem Orte und Institute auch übertragen auf das, was dort gelernt wird (or. 186 ex. *adferre*, 228 *habere*, de or. I 73, III 83 *discere*), wird, je nachdem die Schule als notwendige Ausbildung oder als blofs schulmäfsige Vorbereitung in Betracht kommt, lobend oder tadelnd gebraucht. | 6. *odios.* ʻetwas (S. 18. 10) pedantisch, peinlich, kleinlich'. Ebenso Z. 10, de or. III 51 *quoniam haec spero vobis molesta et putida videri, ad reliqua aliquanto odiosiora pergamus*; z. S. 79. 4. | 7. *rect.* ist hier das ʻeinfache' im Gegens. zum verschrobenen, gekünstelten, *simpl.* das ʻnatürliche' im Gegens. zum gemachten, unwahren; S. 42. 20. Dieselben Adj. von der Aussprache, *sonus vocis*, de or. III 45. | *laud.* ʻfindet Beifall', weil derselbe verdient ist. Der Deutsche hebt letzteres lieber hervor. Vergl. S. 44. 4, III 38 ex. | 8. *col. bonit.* S. 14. 10 u. 36. 5. ʻPallor umbratilem vitam, desidiam et mollitiem arguere credebatur. Romani multum sole utebantur et in sole ungebantur, unde fuscus color ducebatur. Hinc exquisita arte colorem conservabant, amissum restituebant usi ad id iatraliptis'. Heusinger. | 10. *odiosa* ʻzu ängstlich, penibel'; Z. 6. | *neque* S. 33. 7. | *exquis.* S. 79. 1. | *tantum quae* statt des häufigeren *quae modo.* Wie das Adverb. *tantum* und *tantum modo* mit und ohne *ut* zuweilen für *dum modo* etc. steht, so auch wie jene (z. B. S. 58. 8) in verkürzten Sätzen. | 13. *autem* ziemlich gleich *etiam*; S. 45. 13, 56. 5, 82. 12, 87. 25, II 64 a. m.; S. 8. 21. | *tardit.* S. 15. 10; s. Z. 15, 16, S. 78. 1 u. 3, 2, 10 sqq. Zur Sache vergl. Sallust's Schilderung des Catilina c. 15. 5 *colos ei exsanguis, foedi oculi, citus modo, modo tardus incessus.* Hor. sat. I 3. 9 *nihil aequale fuit homini illi, saepe velut qui Currebat fugiens hostem, persaepe velut qui Iunonis sacra ferret.* | 16. *anhelitus moventur* S. 13. 10. | 17. *ex* S. 63. 19. | *quibus* S. 44. 16. | *const.* ʻdas innere Gleichgewicht';

motus a natura recedant; quod assequemur, si cavebimus, ne in perturbationes atque exanimationes incidamus, et si attentos
132 animos ad decoris conservationem tenebimus. Motus autem animorum duplices sunt, alteri cogitationis, alteri appetitus; cogitatio in vero exquirendo maxume versatur, appetitus inpellit ad agendum. Curandum est igitur, ut cogitatione ad res quam optumas utamur, appetitum rationi oboedientem praebeamus.

37 Et quoniam magna vis orationis est, eaque duplex, altera contentionis, altera sermonis, contentio disceptationibus tribuatur iudiciorum, contionum, senatus, sermo in circulis, disputationibus, congressionibus familiarium versetur, sequatur etiam convivia. Contentionis praecepta rhetorum sunt, nulla sermonis, quamquam haud scio an possint haec quoque esse. Sed discentium studiis inveniuntur magistri, huic autem qui studeant, sunt nulli, rhetorum turba referta omnia. Quamquam, quae verborum sententiarumque praecepta sunt, eadem ad ser-
133 monem pertinebunt. Sed cum orationis indicem vocem habeamus, in voce autem duo sequamur, ut clara sit, ut suavis, utrumque omnino a natura petundum est, verum alterum exercitatio augebit, alterum imitatio presse loquentium et leniter.

S. 45. 16. | 1. *an. motus* u. Z. 3 sq. in umgekehrter Stellung S. 16. 2. Vergl. S. 63. 9 *vis anim. atque nat.* | 3 sqq. Hier bei der Schönheit wird ziemlich dasselbe wiederholt, was § 101 beim decorum im Allgemeinen gesagt war. *Motus animorum — sunt — cogitationis — appetitus*, Genet. epexegetici (z. S. 34. 13), gl. *animi moventur cogitatione — appetitu*; vergl. S. 6. 6. | *autem* S. 35. 17.

10. *contentio* im Gegens. zum Konversationston, *sermo*, der gehobene Ton, S. 79. 5 u. 8, II 48 in. u. p. m., de or. III 177 *non sunt alia sermonis, alia contentionis verba* etc. Der Nachsatz schliefst sich an den Vordersatz mit *quoniam* mit der S. 39. 7 besprochenen Ellipse an. Ähnlich bei *cum* S. 77. 1, 78. 18; im Zwischensatze II 88 in. | 11. *iudic., cont., senatus.* Inv. I 7 *Aristoteles tribus in generibus rerum versari rhetoris officium putavit, demonstrativo* (*contionum*), *deliberativo* (*senatus*), *iudiciali*; unten II 49. | 12. *sequatur*, ʻaufsuchen', um sich dort Eingang zu verschaffen, ʻes abgesehen haben auf', auch mit Gegenständen als Objekten, wohin man zu gelangen, oder die man sich anzueignen wünscht; S. 68. 13, 69. 27, Varr. r. r. III 9. 6 *nec tamen sequendum Tanagricos* (*gallos*). | 13. *Content. — serm.* Der erste Satz ist im Vergleich zum zweiten untergeordnet, in umgekehrter Reihenfolge dasselbe Verhältnis Z. 16; S. 2. 2. | 15. *disc.*, Z. 21. *loq.* S. 10. 16. | *disc. studiis* ʻfür lernbegierige', S. 14. 10, 28. 12. | *autem* S. 35. 17. Die Schlufsfolgerung ist selbstverständlich: ʻFolglich finden sich für den *sermo* auch keine Lehrer'. | 16. *rhet. turba* ist das Gedränge, welches die Rhetoren verursachen. | 18. *Sed cum* —. Über das Verhältnis des Nachsatzes Z. 10. | 19. *duo* S. 44. 16. | *seq.* S. 26. 11. | 20. *omn.* S. 46. 11. | 21. *Press.* vom Tempo ʻfest und ruhig bestimmt', von der Melodie und Stimme ʻklar und deutlich artikuliert' (N. D. II 149 *lingua sonos vocis distinctos et pressos efficit*), von der Ausdrucksweise ʻklar und scharf eindringend', dasselbe was vom Denken (und demgemäfs reden) *subtilis* (II 35 m.); de or. III 45 ex.

Nihil fuit in Catulis, ut eos exquisito iudicio putares uti litterarum, quamquam erant litterati; sed et alii; hi autem optime uti lingua Latina putabantur; sonus erat dulcis, litterae neque expressae neque oppressae, ne aut obscurum esset aut putidum, sine contentione vox nec languens nec canora. Uberior oratio L. Crassi nec minus faceta, sed bene loquendi de Catulis opinio non minor. Sale vero et facetiis Caesar, Catuli patris frater, vicit omnes, ut in illo ipso forensi genere dicendi contentiones

non aspere, non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse (Gegens. *vaste* und *rustice*) *et aequabiliter et leniter* (*loqui*). | 1. *exquis.* ist rücksichtlich der Gründlichkeit synon. mit *subtilis*, aber im Gegens. dazu nicht zugleich einfach, sondern, was wir 'raffiniert' nennen, wie S. 77. 10, *voluptas* fin. II 63, *supplicium* unten III 100 a. ex. | *litterae* sind im allgem. 'die Wissenschaften' (das persönliche Verhältnis zu denselben, 'die Bildung, litterarische Thätigkeit', S. 95. 7; 10. 9), im besonderen aber die Wissenschaft der Sprache und Litteratur (Philologie), wie de or. III 132 *ipsae litterae*, 'die eigentliche Sprachwissenschaft' im Gegens. zu anderen *artes* wie der Medizin, Mathematik etc. (S. 12. 7). So hier *exquis. iud. litter.* 'besonders feines Verständnis für Sprachwissenschaft'. Auch in den rhetor. Schriften wird dem älteren Catulus *Latini* (und *Graeci*) *sermonis subtilitas elegantiaque* und *oratio pura sic, ut Latine loqui paene solus videatur* nachgerühmt. | 2. *sed et alii.* Die oft aufgeworfene und verschieden beantwortete Frage, ob *et* bei Cic. 'auch' heifse und für *etiam* stehe, ist falsch gestellt. Dafs die klass. Sprache *et* setzt, wo der Deutsche 'auch' sagt, ist richtig, dafs es für *etiam* stehe, ist falsch. Wie Plautus sagt bei Personenwechsel z. B. *Spero. Et ego spero, Vale. Et vos* etc. neben *Et quidem*, niemals z. B. *Et ego hoc feci*, so Cic. neben dem gewöhnlichen *et quidem* sen. 25 '*múlta, quae non vólt, videt*'. *Et multa fortasse, quae volt*, Sull. 48 *Inimicum ego, inquis, accuso meum. Et amicum ego defendo meum*, Q. Rosc. 32 *At enim tu tuum negotium gessisti bene. Gere et tu tuum bene*, S. Rosc. 92 *ubi tunc eras? Romae. Verum quid ad rem? et alii multi*, d. h. *tu Romae eras et alii Romae erant*, wie Plaut. Curc. 607 *Líbera ego sum náta. Et alii múlti, qui nunc sérviunt.* Dann in unmittelbarer Verbindung mit einer Adversativkonjunktion S. Rosc. 94 *fateor me sectorem esse; verum et alii multi*, Att. XI 23. 3 und so hier, aber nirgends selbständig *et alii fecerunt* für *alii quoque fec.* oder *Non modo hic, sed et alii fec.* Z. S. 84. 3. | 3. *sonus* oder *sonus vocis* (S. 77. 7) oder *vox* (Z. 5) 'die Aussprache'. Brut. 133 rühmt Cic. des Catulus *sonus vocis et suavitas appellandarum litterarum.* | 4. *express.* ist Übertreibung des *pressus*, zu breit und deutlich; de or. III 41 *nolo exprimi litteras putidius, nolo obscurari neglegentius*, Quintil. XI 3. 33 *ut est necessaria verborum explanatio* (deutliche Aussprache), *ita omnis imputare et velut adnumerare litteras molestum et odiosum*, d. i. *putidum*, pedantisch und gesucht; S. 77. 6. | *express.* — *oppress.* und *obscur.* — *putid.* Chiasmus. | 5. *sine contentione* S. 19. 20 und 41. 6. | *canor.* Quintil. eifert XI 3. 57 gegen die Unsitte des 'singens': *vitium cantandi, quo nunc maxime laboratur in causis omnibus scholisque* und warnt auch beim Vorlesen davor I 8. 2, wobei er mitteilt, dafs Cäsar einem Vorleser gesagt habe: *si cantas, male cantas, si legis, cantas*, und *vocis inflexiones* (*inclinationes* Quint. XI 3. 168) warfen sich nach Cic. or. 57 schon Demosthenes und Aeschines gegenseitig vor. | 6. *de Cat. opin.* S. 30. 12. | 7. *Caes.* S. 66. 22. | 8. *ipso* S. 12. 7. | *content. al.*, 'andere, die den pathetischen Rednerton annahmen'; S. 14. 10, 28. 12.

aliorum sermone vinceret. In omnibus igitur his elaborandum 134 est, si in omni re quid deceat exquirimus. Sit ergo hic sermo, in quo Socratici maxime excellunt, lenis minimeque pertinax, insit in eo lepos; nec vero, tamquam in possessionem suam venerit, excludat alios, sed cum reliquis in rebus, tum in sermone communi vicissitudinem non iniquam putet; ac videat in primis, quibus de rebus loquatur; si seriis, severitatem adhibeat, si iocosis, leporem; in primisque provideat, ne sermo vitium aliquod indicet inesse in moribus; quod maxume tum solet evenire, cum studiose de absentibus detrahendi causa aut per ridiculum aut severe maledice contumelioseque dicitur.
135 Habentur autem plerumque sermones aut de domesticis negotiis aut de re publica aut de artium studiis atque doctrina. Danda igitur opera est, ut, etiamsi aberrare ad alia coeperit, ad haec revocetur oratio, sed utcumque aderunt; neque enim isdem de rebus nec omni tempore nec similiter delectamur. Animadvertendum est etiam, quatenus sermo delectationem habeat, et, ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus.

38
136 Sed quo modo in omni vita rectissime praecipitur ut perturbationes fugiamus, id est motus animi nimios rationi non optemperantes, sic eius modi motibus sermo debet vacare, ne aut ira existat aut cupiditas aliqua aut pigritia aut ignavia aut tale aliquid appareat, maximeque curandum est, ut eos, quibuscum sermonem conferemus, et vereri et diligere videamur. Obiurgationes etiam non numquam incidunt necessariae, in quibus utendum est fortasse et vocis contentione maiore

Über den Plural S. 15. 10. | 1. *omnibus his* S. 44. 16. | 2. *in omni re* S. 20. 16. | *ergo* S. 77. 3. | 4. *nec* S. 58. 8. | 5 sqq. *excl. — in sermone comm. putet — videat* etc. mit dem Subj. *sermo* S. 12. 1. | *cum rel. in reb.* ist eine ganz beiläufige Bemerkung: 'wie überhaupt'; S. 2. 2. | 7. *seriis — ioc.* ohne Präpos. S. 66. 19. | 11. *aut per ridic. aut sev.* ist nicht koordiniert mit *maledice*, daher kein Komma hinter *severe.* | 15. *haec* S. 72. 17. | *utc. aderunt* wird erklärt '*cuicuimodi homines aderunt* adverbio pro nomine posito', 'je nach der Eigentümlichkeit der Anwesenden', was sprachlich nicht richtig ist. Andere setzen mit schlechten Hdschr. *res* zu, andere denken *haec* als Subj., was beides nicht zu verstehen ist. Es scheint etwas ausgefallen zu sein, etwa (*utcumque*) *adfecti erunt, qui* (*aderunt*) | *neq. en.* wird nicht durch *nec — nec* fortgesetzt, sondern statt *neque enim* könnte *nam* oder statt *nec — nec aut — aut* stehen. | 16. Hinter *enim* setzen die meisten Herausg. aus cod. c *omnes* ein, was nicht nur überflüssig ist, sondern höchstens zu *isdem de rebus*, nicht zu *omni temp.* und *similiter* passt. | *de* gehört nicht zu *delect.*, sondern ist *κατὰ σύνεσιν* hinzugesetzt. Nicht von Vergnügen an Dingen, sondern an Unterhaltung über Dinge ist die Rede. Ähnlich S. 85. 5 *de comm. off. conv.*, um zu beraten, de or. I 86 *de nugis referti sunt libri.* Vergl. S. 46. 2. | 18. *hab.* S. 26. | 13. *incip. ratio* S. 51. 11. | *fuerit* S. 66. 8.

20. *in omni vita* (S. 56. 16) gehört ebenso zu *praecipitur* wie zu *fugiamus*; Z. 2, S. 20. 16, 41. 6, 48. 14, 59. 8, 77. 7, 85. 21; z. III 60. | 25. *confer.* S. 33. 5 u. 66. 8. | 27 sq. *vocis cont.* —

et verborum gravitate acriore, id agendum etiam, ut ea facere videamur irati. Sed, ut ad urendum et secandum, sic ad hoc genus castigandi raro invitique veniemus nec umquam nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina; sed tamen ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest. Magnam autem partem clementi castigatione licet uti, 137
gravitate tamen adiuncta, ut severitas adhibeatur et contumelia repellatur, atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet obiurgatio, significandum est, ipsius id causa, qui obiurgetur, esse susceptum. Rectum est autem etiam in illis contentionibus, quae cum inimicissimis fiunt, etiamsi nobis indigna audiamus, tamen gravitatem retinere, iracundiam repellere. Quae enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri possunt neque iis, qui adsunt, probari. Deforme etiam est de se ipsum praedicare falsa praesertim et cum inrisione audientium imitari militem gloriosum.

Et quoniam omnia persequimur, volumus quidem certe, 39 138
dicendum est etiam, qualem hominis honorati et principis domum placeat esse, cuius finis est usus, ad quem accommodanda est aedificandi descriptio et tamen adhibenda commoditatis dignitatisque diligentia. Cn. Octavio, qui primus ex illa familia consul factus est, honori fuisse accepimus, quod praeclaram aedificasset in Palatio et plenam dignitatis domum; quae cum vulgo viseretur, suffragata domino, novo homini, ad consulatum putabatur; hanc Scaurus demolitus accessionem adiunxit aedibus. Itaque ille in suam domum consulatum primus attulit, hic, summi et clarissimi viri filius, in domum multiplicatam non repulsam solum rettulit, sed ignominiam etiam et calamitatem. Ornanda enim est dignitas domo, non 139

verb. grav. S. 14. 10. | 1. *facere vid. irati.* Tusc. IV 55 *oratorem irasci minime decet, simulare non dedecet.* In der Rhetorik wird sogar die *iracundia* zu den Redefiguren gezählt, de or. III 205, und selbst Seneca sagt de ira II 14. 1 *numquam iracundia admittenda est, aliquando simulanda, si segnes audientium animi concitandi sunt.* | 5. *cum qua* S. 34. 15. | *recte fieri* S. 12. 1. | 6. *magn. part.* (S. 19. 11) ist ziemlich sichere Korrektur des Handschriftlichen *magna parte.* Der dagegen erhobene Einwand, dafs es nicht *plerumque* bedeute, sondern eine Teilung bezeichne, die bei der *castigatio* nicht anwendbar sei, verkennt, dafs 'grofsenteils etwas thun' dasselbe sein kann wie 'oft', und dafs dies hier der Fall ist, weil *clementi castig. uti*, so zu sagen, kollektiv steht, *magnam partem — uti* für 'bei einem grofsen Teil der Vorwürfe Milde anwenden'. | 7. *adi.* S. 91. 19 *remota.* | 9. *id* S. 75. 6. | 12. *retin. — repell.* S. 2. 2. | 13. *cum perturb.*, Z. 15 *cum irris.* S. 34. 15. | *nec — neque* S. 63. 16. | *const. fieri* S. 75. 21. | 15. *audient.* S. 10. 16. | 16. *milit. glor.*, eine stehende Figur der Komödie, wie in Plautus' gleichnamigem Stücke und im Eunuch des Ter. Thraso.

20. *descr.* S. 13. 10. | 23. *plen. dignit.* gl. *cum dignitate* (S. 19. 20) in Ermangelung eines entsprechenden Adj., aber auch sonst wie III 85 ex. | 26 sq. *ille — hic* S. 2. 2. | 29. Mit *enim* wird die Gerechtig-

ex domo tota quaerenda, nec domo dominus, sed domino domus honestanda est, et, ut in ceteris habenda ratio non sua solum, sed etiam aliorum, sic in domo clari hominis, in quam et hospites multi recipiendi et admittenda hominum cuiusque modi multitudo, adhibenda cura est laxitatis; aliter ampla domus dedecori saepe domino est, si est in ea solitudo, et maxime, si aliquando alio domino solita est frequentari. Odiosum est enim, cum a praetereuntibus dicitur:

o domus ántiqua, heu quam díspari
Domináre domino!

140 quod quidem his temporibus in multis licet dicere. Cavendum autem est, praesertim si ipse aedifices, ne extra modum sumptu et magnificentia prodeas; quo in genere multum mali etiam in exemplo est. Studiose enim plerique praesertim in hanc partem facta principum imitantur, ut L. Luculli, summi viri, virtutem quis? at quam multi villarum magnificentiam imitati! quarum quidem certe est adhibendus modus ad mediocritatemque revocandus. Eademque mediocritas ad omnem usum cultumque vitae transferenda est. Sed haec hactenus.

141 In omni autem actione suscipienda tria sunt tenenda, primum ut appetitus rationi pareat, quo nihil est ad officia conservanda accommodatius, deinde ut animadvertatur, quanta

keit der *ignominia* und *calamitas* begründet; S. 39. 7. | 1. *domino* ist Ablat. instr. wie *domo.* Der *dominus* tritt nicht als selbst handelndes Subjekt auf, sondern es kommt nur seine Stellung als *dominus* in Betracht. Wie *domo* kurz gesagt ist für *magnificentia domus*, so *domino* für *dignitate domini*; vergl. z. III 26 m. *hominem.* So steht *aliquid testibus planum facere* Verr. I 127 etc. für *testimoniis*, und umgekehrt werden häufig sächliche, namentlich abstrakte Begriffe in passiven Sätzen entsprechend der Neigung sie zu personifizieren (III 28 p. in.) mit *a* gesetzt wie S. 64. 2 u. 4, 66. 12, 70. 21 etc. | 2. *cet.* S. 44. 16. | *habenda* wie Z. 4 *recip.* S. 16. 9. | 4. *cuiusq. m.* steht bei Cic. noch 3 mal (Verr. IV 7 und fin. II 3 u. 22), *cuiusq. generis* 5 mal in nicht distributivem Sinne, bei anderen in gleicher Weise auch *cuiusq. aetatis* u. *ordinis.* Übrigens ist *modi* aus Nonius ergänzt, die besseren Hdschr. lassen es aus, die interpolierten haben teils *modi*, teils *generis.* | 5. Das Adverb. *aliter* vertritt einen ganzen Satz: 'sonst', ebenso S. 112. 26, 113. 3, III 93 a. m. (S. 47. 15, III 17 a. ex.). Gegenteil *ita* z. III 61 in. | 6. Statt (*dom.*) *est* haben die besten Hdschr. *sit*, eine *sit* in *est* korrigiert, die Ausg. *fit*, welches sich nie mit einem doppelten Dativ findet. | 10. *dominare* passiv wie viele Depon. in der älteren Sprache (S. 57. 7) und aufserdem persönlich konstruiert, wie mehrere Passiva, die aktiv nie einen Akkus. regieren, z. B. *regnari.* Woher die Verse sind, ist unbekannt. *O tecta ipsa misera, quam dispari domino!* citiert Cic. auch Phil. II 104 mit Beziehung auf das frühere Haus des Pompejus, welches jetzt Antonius besafs. | 11. *in* S. 41. 6. | 12. *autem* S. 77. 13. | 16. *virtutem — magnif.* Nur das zweite dient als Erläuterung des vorhergehenden Satzes; S. 2. 2. | 17. Andere klammern *imit.* ein, andere setzen *sunt* zu. | 18. *omn.* S. 20. 16. | 19. *us. cultumque* S. 10. 5.

20 sqq. Nachdem Cic. § 126 über drei Punkte, *formositas*, *ordo* und *ornatus*, sprechen zu wollen erklärt

illa res sit, quam efficere velimus, ut neve maior neve minor cura et opera suscipiatur, quam causa postulet. Tertium est, ut caveamus, ut ea, quae pertinent ad liberalem speciem et dignitatem, moderata sint. Modus autem est optimus decus ipsum tenere, de quo ante diximus, nec progredi longius. Horum tamen trium praestantissimum est appetitum optemperare rationi.

Deinceps de ordine rerum et de oportunitate temporum 40 142
dicendum est. Haec autem scientia continentur ea, quam Graeci *εὐταξίαν* nominant, non hanc, quam interpretamur modestiam, quo in verbo modus inest, sed illa est *εὐταξία*, in qua intellegitur ordinis conservatio. Itaque, ut eandem nos modestiam appellemus, sic definitur a Stoicis, ut modestia

hat, giebt er jetzt, ehe er zum *ordo* übergeht, eine allgemeine Betrachtung, die wir, wenn die Abhandlung § 127 bis 140 verloren wäre, für eine Schlufsbemerkung oder Rekapitulation zum Vorhergehenden ansehen würden. In der That sind es drei ganz allgemeine Sätze, von denen zwei mit dem speziellen Gegenstande, von dem die Rede ist, nichts zu thun haben, der erste nur eine Wiederholung von § 102 u. S. 78. 7 ist, der zweite von § 19, der dritte im Wesentlichen dasselbe sagt wie § 130. | 1. *ut neve — neve* steht bei Cic. noch an 5 Stellen, *ut neque — neque* dreimal so oft (hier S. 63. 16 u. II 85; z. II 73 in.), *ne neve — neve* u. *ne neque — neque* je einmal für das gewöhnliche *ne aut — aut* (S. 12. 2, 48. 15, 77. 13, 79. 4, 80. 23, III 77); vergl. *ne et — et* S. 31. 9. | 2. *Tert. est* S. 6. 2. | 3. *pertin.* S. 23. 12. | 5. *ips.* 'genau', d. h. hier 'gerade nur'; S. 12. 7 und 64. 6, III 18 m. | 6. *praest.* S. 15. 8.

8. Nicht nur für *ordo rer.*, sondern auch für *oport. temp.* (S. 22. 12) würden wir die persönliche Neigung und Fähigkeit des Menschen dazu setzen; S. 10. 9. | 10. *εὐταξία* ist nach Stob. ecl. II 6 p. 106 *ἐπιστήμη τοῦ πότε πρακτέον* (*oport. temp.*) *καὶ τί μετὰ τί καὶ καθόλου τῆς τάξεως τῶν πράξεων.* Aufserdem wird *εὐταξία* noch in dem Sinne von *σωφροσύνη* gebraucht, was Cic. hier mit *modestia* wiedergiebt; S. 11. 2. | *hanc* gehört zu *εὐταξίαν*: 'aber nicht die *εὐταξία* —' oder 'aber nicht in dem uns geläufigen Sinne' (über *hic* S. 72. 17). | 11. *modus*, seinem Wortlaute und Begriffe nach wie S. 28. 7 *a peregrino*, 18. 12, 111. 5. | *sed illa est* statt *sed illam*, vergl. S. 16. 2. | *in qua* S. 41. 6. | 12. *intell.* 'darunter verstehen, dabei denken', S. 59. 5. | 13 sqq. Um seiner Darstellung einen wissenschaftlichen Anstrich zu geben, geht Cic. hier in Nachahmung der Stoiker auf Begriffsentwickelungen ein, die weiterhin gar nicht verwertet werden und an sich weder klar noch fehlerfrei sind. Gleich im Anfang ist es unlogisch zu sagen: '*εὐταξία* hat 2 Bedeutungen, *modestia* und *ordinis conservatio*, hier ist nicht von jener, sondern von dieser die Rede', und dann in der Definition der letzteren *modestia* einzusetzen, allerdings mit dem Zusatze *ut eandem nos modestiam appellemus.* | *sic defin., ut sit* —, dieselbe Breviloquenz für *ut velint esse* — (S. 60. 8) oder Ungenauigkeit für *modestiam esse scientiam* (S. 60. 6) oder Breite für *scientia* (wie S. 84. 3, Tusc. III 11 *sic definitur iracundia: ulciscendi libido*, div. II 130 *Chrysippus divinationem definit his verbis: vim cognoscentem* —) wie Tusc. IV 47 *ita definit, ut perturbatio sit*, de or. I 218 *tolerabilius est sic dicere, ut sit boni oratoris multa accepisse*, Verr. V 11 *non metuo, ne hoc cuiquam persuadeatur, ut conatus sis*, Att. VI 9. 1 *ita se audisse, ut nihil esset incommode*; z. S. 76. 7, III 6. 26, 56; vergl.

sit scientia rerum earum, quae agentur aut dicentur, loco suo collocandarum. Ita videtur eadem vis ordinis et collocationis fore; nam et ordinem sic definiunt: compositionem rerum aptis et accommodatis locis; locum autem actionis oportunitatem temporis esse dicunt; tempus autem actionis oportunum Graece εὐκαιρία, Latine appellatur occasio. Sic fit, ut modestia haec, quam ita interpretamur, ut dixi, scientia sit oportu-
143 nitatis idoneorum ad agendum temporum. Sed potest eadem esse prudentiae definitio, de qua principio diximus; hoc autem loco de moderatione et temperantia et harum similibus virtutibus quaerimus. Itaque, quae erant prudentiae propria, suo loco dicta sunt; quae autem harum virtutum, de quibus iam diu loquimur, quae pertinent ad verecundiam et ad eorum approbationem, quibuscum vivimus, nunc dicenda sunt.

144 Talis est igitur ordo actionum adhibendus, ut, quem ad

II 70 m. | 1. *quae ag.* — Umschreibung des fehlenden Partic. fut. pass.; über den Indik. S. 33. 5. | 2 sqq. Unter *colloc.* verstehen die Herausg. ohne Zweifel mit Recht dasselbe wie *scientia rerum loco suo colloc.* (S. 10. 9). Ebenso ist *ordo* gl. *scientia ordinis conserv.* oder *ordinis conservatio* (S. 14. 5) und *compositio* gl. *scientia componendi.* Wenn dann aber unter εὐταξία *ordinis conservatio*, d. h. *ordo*, zu verstehen ist, εὐταξία ferner gleich *modestia* und *modestia* gleich *scientia rerum — colloc.*, d. h. *collocatio*, ist, so 'scheint sich' nicht 'zu ergeben, dafs *collocatio* und *ordo* gleichbedeutend sein werden', sondern die Identität ist selbstverständlich und nur hinter einem fortwährenden zwecklosen Vertauschen der Ausdrücke versteckt. Nun sollen wir dem folgenden *nam* glauben, dafs diese Identität weiter begründet wird. Diese sehr überflüssige Aufgabe würde gelöst, wenn es hiefse: '*ordo* heifst dies, *collocatio* jenes, und beides ist dasselbe'. Davon keine Spur, sondern eine Definition von *ordo* und *locus* und eine Übersetzung von *tempus.* Und endlich als Schlufsfolgerung eine scheinbar neue Definition von *modestia.* Darin dürfte schwerlich logischer Zusammenhang zu entdecken sein, und wenn die Herausg. (auch Madvig fin. p. 792) in dem *nam et* Z. 3 einen Beleg für Cic.'s Gebrauch von *et* für *etiam* finden, weil hier erläutert werde, wie so 'auch *ordo*' gleichbedeutend sei mit *collocatio*, so übersehen sie, dafs dies eben nicht geschieht, sondern dafs nur die 3 Wörter *ordo*, *locus* und *tempus* definiert werden. So weit wir überhaupt in der Lage sind Cic.'s Worte zu erklären, müssen wir annehmen, er habe in gewohnter Weise statt nach *nam et* mit *et — et* fortzufahren, dafür *autem* gesetzt; S. 90. 20, 108. 9; 6. 2. | 4. *aptis — locis* S. 19. 20. | 5. *esse* läfst sich hier wie S. 7. 4, 28. 11, 109. 10, II 53 ex., III 15 ex. auch im Deutschen übersetzen, gemeint ist mit *esse dicunt* nichts als 'sie nennen', wie im Griech. ὀνομάζουσιν εἶναι. Arat. 24 *vertex Dicitur esse polus*, 37 *Ex his altera apud Graios Cynosura vocatur, Altera dicitur esse Helice*, fin. II 13, div. II 103. | 9. *de qua*, nemlich *prudentia*, von der allerdings c. 6 die Rede gewesen ist, aber in ganz anderem Sinne. | 11. *Itaq.* gehört dem Sinne nach zu *quae autem* —; S. 2. 2. | *erant.* In das Präterit. versetzt der Lat. wie der Grieche ganz gewöhnlich Thatsachen, die in allen Zeiten gelten, mit Rücksicht auf die frühere Wahrnehmung oder Behandlung derselben; S. 109. 13, II 88 in.; III 88 m. Umgekehrt *assumes, quae pertinebunt* S. 88. 19. | 12 sq. *quae — quae* S. 22. 11. | 13. *pertin.* S. 23. 12. | 14. *viv.* S. 32. 21.

modum in oratione constanti, sic in vita omnia sint apta inter
se et convenientia; turpe enim valdeque vitiosum in re severa
convivio digna aut delicatum aliquem inferre sermonem. Bene
Pericles, cum haberet collegam in praetura Sophoclem poëtam
iique de communi officio convenissent et casu formosus puer
praeteriret dixissetque Sophocles: 'O puerum pulchrum,
Pericle!' 'At enim praetorem, Sophocle, decet non
solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.'
Atqui hoc idem Sophocles si in athletarum probatione dixisset,
iusta reprehensione caruisset. Tanta vis est et loci et tem-
poris. Ut, si qui, cum causam sit acturus, in itinere aut in
ambulatione secum ipse meditetur, aut si quid aliud attentius
cogitet, non reprehendatur, at hoc idem si in convivio faciat,
inhumanus videatur inscitia temporis. Sed ea, quae multum 145
ab humanitate discrepant, ut si qui in foro cantet, aut si qua
est alia magna perversitas, facile apparet nec magnopere ad-
monitionem et praecepta desiderat; quae autem parva viden-
tur esse delicta neque a multis intellegi possunt, ab iis est
diligentius declinandum. Ut in fidibus aut tibiis, quamvis
paulum discrepent, tamen id a sciente animadverti solet, sic
videndum est in vita ne forte quid discrepet, vel multo etiam
magis, quo maior et melior actionum quam sonorum concen- 41
tus est. Itaque, ut in fidibus musicorum aures vel minima 146
sentiunt, sic nos, si acres ac diligentes esse volumus animad-
versores vitiorum, magna saepe intellegemus ex parvis. Ex
oculorum optutu, superciliorum aut remissione aut contrac-
tione, ex maestitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex re-
ticentia, ex contentione vocis, ex summissione, ex ceteris simi-
vitia vendas,] in eam aliquis incurrat inprudens? Hoc quam- 69
quam video propter depravationem consuetudinis neque more
turpe haberi neque aut lege sanciri aut iure civili, tamen
naturae lege sanctum est. Societas est enim (quod etsi saepe
dictum est, dicendum est tamen saepius), latissime quidem
quae pateat, omnium inter omnes, interior eorum, qui eiusdem
gentis sint, propior eorum, qui eiusdem civitatis. Itaque ma-
iores aliud ius gentium, aliud ius civile esse voluerunt; quod
civile, non idem continuo gentium, quod autem gentium, idem
civile esse debet. Sed nos veri iuris germanaeque iustitiae
solidam et expressam effigiem nullam tenemus, umbra et ima-
ginibus utimur. Eas ipsas utinam sequeremur! feruntur enim
ex optimis naturae et veritatis exemplis. Nam quanti verba 70
illa: UTI NE PROPTER TE FIDEMVE TUAM CAPTUS FRAUDA-

1. *ipsae* S. 50. 10. | 2. *plag.* Der ungewöhnliche Singul. hier aus naheliegendem Grunde. | *domum — vendas.* Wenn die das Bild unnötig und ungeschickt erläuternden Worte hierher gehörten, so könnte *in eam* nur auf *domum* bezogen werden. 4. *deprav. cons.* 'die entartete öffentliche Meinung'; S. 14. 10 u. 43. 3. | *more* S. 71. 2. | 5. *iure civili.* Damit ist hier das durch *ius praetorium* ausgebildete Recht gemeint; S. 24. 16. | 7sqq. *latiss. quae pat. — inter. — propior* wie S. 37. 12 *infin. — propior — inter.* | 8. *pateat.* S. 47. 3. | 9. *sint* S. 140. 2. Andere aus einem der besseren Codd. *sunt* wie S. 9. 1. | 10sq. *quod civ. — quod gent.* ohne Verb. S. 16. 9. | 11. *autem* S. 2. 2. | 12 sq. *veri iur. — effig.* 'Recht und Gerechtigkeit in voller idealer Reinheit verwirklicht' (S. 14. 10); S. 33. 2. Tusc. III 3 ex. *consectatur nullam eminentem effigiem virtutis, sed adumbratam imaginem gloriae. Est enim gloria solida quaedam res et expressa, non adumbrata*, Planc. 29 *haec sunt indicia solida et expressa, haec signa probitatis non fucata forensi specie.* | 14. *ipsas* S. 64. 6. | *fer.* gl. *circumfer., in ore sunt, ex* — kurz für *quae fer., ducuntur ex* — (S. 62. 17); vergl. S. 46. 2. | 15. *nat. — exempl.* 'die Vorbilder, welche die Nat. u. Wahrheit darbietet', d. h. die am besten der natürlichen (göttlichen) und wahren (vernünftigen) Weltordnung entsprechen. *Nat. et verit.* ist zieml. dasselbe wie *natura ratioq.* S. 11. 3. | 16sq. *Uti ne — fraud. sim*, die Formel in einer *actio bonae fidei* (S. 166. 19), vielleicht *fiduciae* (S. 167. 2). *Uti ne* kann sich auf ein vorhergehendes *ita* (S. 55. 17) oder *ea lege* beziehen; *fraud. sim* vielleicht wie S. 109. 3. | *propter* für *per* bei Personen, immer in dem Sinne von *beneficio* oder *culpa*, ist namentlich in der älteren Latinität, aber auch noch bei Cic. und später gebräuchlich. *Decipi propter aliquem* hat Ter. mehrmals. Dem *propter te fidemve tuam* sieht sehr ähnlich Plaut. Bacch. 413 *Núnc propter te túamque pravos fáctus est fidúciam*, ist es aber weniger, denn *fiducia tua* heifst 'das Vertrauen auf dich', *fides tua* aber 'deine', d. h. die von dir gegebene oder deiner Person innewohnende 'Sicherstellung, Gewährleistung'; s. Halm S. Rosc. 116 *ad cuius fidem confugiet, cum per eius fidem laeditur, cui se commiserit? Per fidem* steht in diesem Sinne immer mit Ausdrücken wie *laedere, decipere, circumven.* (, *trucidare* Sen. dial. I 3. 7 ex.), womit zu vergl. S. 163. 19, Liv. VI 29. 2 *Adeste, di, nobis per vestrum numen deceptis*, Ov. a. a. I 585 *per amici fallere nomen*, Liv. XLII 47. 1 *deceptus per inducias et spem pacis.* Überall steht hier mit *per*, resp. *propter* dasjenige, woran

TUSVE SIM! quam illa aurea: UT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET ET SINE FRAUDATIONE! Sed, qui sint 'boni', et quid sit 'bene agi', magna quaestio est. Q. quidem Scaevola, pontifex maximus, summam vim esse dicebat in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur EX FIDE BONA, fideique bonae nomen existimabat manare latissime, idque versari in tutelis societatibus, fiduciis mandatis, rebus emptis venditis, conductis locatis, quibus vitae societas contineretur; in iis magni esse iudicis statuere, praesertim cum in plerisque essent iudicia contraria,
71 quid quemque cuique praestare oporteret. Quocirca astutiae tollendae sunt eaque malitia, quae volt illa quidem videri se esse prudentiam, sed abest ab ea distatque plurimum. Prudentia est enim locata in dilectu bonorum et malorum, malitia, si omnia, quae turpia sunt, mala sunt, mala bonis ponit ante. Nec vero in praediis solum ius civile ductum a natura malitiam fraudemque vindicat, sed etiam in mancipiorum venditione venditoris fraus omnis excluditur. Qui enim scire debuit de sanitate, de fuga, de furtis, praestat edicto aedilium. Heredum
72 alia causa est. Ex quo intellegitur, quoniam iuris natura fons sit, hoc secundum naturam esse, neminem id agere, ut ex alterius praedetur inscitia. Nec ulla pernicies vitae maior inveniri potest quam in malitia simulatio intellegentiae; ex quo ista innumerabilia nascuntur, ut utilia cum honestis pugnare videantur. Quotus enim quisque reperietur, qui im-

die Schuld der Täuschung liegt. | 2. *et* ist vermutlich nur eine irrtümliche Wiederholung des Endes von *oportet.* | 3. *magna* S. 40. 21. | 4. *arbitr.* S. 166. 19. | 5. *nomen* 'Begriff'; S. 187. 20. | 6. *idque* S. 133. 29; *que* nach S. 3. 1, übersetzen kann man es auch 'und zwar'. | 9. *essent* 'zulässig seien'; S. 6. 6. | *iud.* oder *actiones contr.* 'Gegenklagen' (S. 15. 8), z. B. wenn ein Käufer, der verklagt ist, den bedungenen Preis nicht bezahlt zu haben, dagegen den Verkäufer wegen Betrugs verklagt. | 10. *astutiae* S. 170. 13. | 11. *videri* könnte auch fehlen; S. 132. 16; vergl. 145. 20. | 13. *dil.* S. 32. 15. | 14. In dem ganz singulären *ponit ante* ist *ante* selbständiges Adverb. wie S. 53. 21 Präpos. Man vergleicht *esse super* Nep. VII 8. 1, woneben *super — esse* bei Plaut. Curc. 85, *facere satis* Att. XII 20. 1 ex. u. a. Wirkliche Tmesis z. B. Hor. sat. I 1 86 *cum tu argento post omnia ponas*, I 6. 58 *circum Me Satureiano vectari rura caballo*, Fest. 190. 2 '*Ob vos sacro*' *in quibusdam precationibus est pro* '*vos obsecro*', *ut* '*sub vos placo*' *pro* '*supplico*'. Die interpol. Hdschr. haben *anteponit.* | 15. *in* S. 41. 6. | *duct. a nat.* (*iuris natura fons est* Z. 19) 'auf die Nat. zurückgehend' und daher ihr entsprechend; S. 62. 17. | 17. *exclud.* S. 37. 19. | *de san. — de furtis*, ob der Sklave gesund, ein Ausreifser, ein Dieb ist; S. 182. 18. | 18. *edicto aedil.* S. 169. 1. Den Wortlaut giebt Gell. IV 2. 1. | 20. *hoc — nem. agere* S. 51. 18. | 21. *inscitia.* Andere nach Cod. c *inscientia.* Dem Betruge gegenüber ist 'Dummheit' gefährlicher als 'Unwissenheit'; S. 73. 14. | 22. *in malitia* gl. *cum sis malitiosus*; S. 41. 6. | *simul. intell.* 'dafs das höhere Einsicht sei'; S. 61. 13; über *intell.* S. 91. 8 u. 108. 9. | 23 sq. *ista inn. — videant.* 'jene unzähligen Fälle eines scheinbaren

punitate et ignoratione omnium proposita abstinere possit
iniuria?
Periclitemur, si placet, et in iis quidem exemplis, in qui- 18 73
bus peccari volgus hominum fortasse non putet. Neque enim
de sicariis, veneficis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc
loco disserendum est, qui non verbis sunt et disputatione
philosophorum, sed vinclis et carcere fatigandi, sed haec con-
sideremus, quae faciunt ii, qui habentur boni. L. Minuci Basili,
locupletis hominis, falsum testamentum quidam e Graecia
Romam attulerunt. Quod quo facilius optinerent, scripserunt
heredes secum M. Crassum et Q. Hortensium, homines eius-
dem aetatis potentissimos; qui cum illud falsum esse suspi-
carentur, sibi autem nullius essent conscii culpae, alieni fa-
cinoris munusculum non repudiaverunt. Quid ergo? satin est
hoc, ut non deliquisse videantur? Mihi quidem non videtur,
quamquam alterum vivum amavi, alterum non odi mortuum;
sed, cum Basilus M. Satrium, sororis filium, nomen suum ferre 74
voluisset eumque fecisset heredem (hunc dico patronum agri
Piceni et Sabini; o turpem notam temporum [nomen illorum]!),
non erat aequum principes civis rem habere, ad Satrium nihil
praeter nomen pervenire. Etenim, si is, qui non defendit in-
iuriam neque propulsat, cum potest, iniuste facit, ut in primo
libro disserui, qualis habendus est is, qui non modo non re-
pellit, sed etiam adiuvat iniuriam? Mihi quidem etiam verae
hereditates non honestae videntur, si sunt malitiosis blandi-
tiis, officiorum non veritate, sed simulatione quaesitae. Atqui
in talibus rebus aliud utile interdum, aliud honestum videri
solet. Falso; nam eadem utilitatis, quae honestatis, est regula. 75

Konflictes'. | 1. *ign. omnium* wie *hominum* S. 114. 6.
4. *putet* S. 47. 3. | 7. *haec* S. 72. 17. | 13. *autem* S. 2. 2. | 16. *alter.* den Hortensius, *alt.* den Crassus (S. 7. 2). | 19. Der Ausruf *o — temporum!* bezeichnet es als eine schimpfliche Signatur der Zeit (oder 'Signatur der schmachvollen Zeit'; S. 3. 2), dafs röm. Bürger sich Patrone, und zwar solche Patrone, suchen müssen. *Nomen ill.* kann wohl nur eine alberne Interpretation jemandes sein, der meinte, es solle der Name *Basilus* (βασιλεύς) als eine *turp. nota temp.* bezeichnet werden; als ob der Umstand, dafs es damals Inhaber des alten Namens gab, ein Zeichen der Zeit gewesen wäre, und als ob vollends ein solcher Gedanke hinter *hunc* — *Sabini* gehörte. Ebenso unmöglich ist es mit anderen nur *nomen* zu streichen. Cic. redet von der Gegenwart. | 20. *ad Satr.* asynd. S. 2. 2. | 22. *neq.* S. 33. 7. | Alle Hdschr. haben hinter *propuls.* noch *asuis.* | *in primo libro* S. 19. 5. | 24. *adiuvat* S. 52. 23. | *Verum* heifst nicht nur, was selbst 'echt', nicht gefälscht (*falsum test.* Z. 9 u. 12) ist (S. 43. 15, 158. 30), sondern auch, was nicht auf Fälschung beruht, 'rechtmäfsig'; S. 174. 17. | 26. *off. verit.* 'Dienste, die in aufrichtiger Freundschaft geleistet sind'; S. 14. 10.
28. *Falso.* Statt des Punktes vorher könnte man ebenso richtig ein Komma oder auch gar keine Interpunktion setzen, denn das innere Verhältnis des Adv. zum vorhergehenden Satze ist ganz dasselbe, als wenn es in dem Satze stände (S. 75. 21), nur dafs es nachgestellt das Urteil über die Handlung des Satzes mit

75 Qui hoc non perviderit, ab hoc nulla fraus aberit, nullum
facinus. Sic enim cogitans: 'Est istuc quidem honestum, verum
hoc expedit' res a natura copulatas audebit errore divellere,
19 qui fons est fraudium, maleficiorum, scelerum omnium. Ita-
que, si vir bonus habeat hanc vim, ut, si digitis concrepuerit,
possit in locupletium testamenta nomen eius inrepere, hac vi
non utatur, ne si exploratum quidem habeat id omnino ne-
minem umquam suspicaturum. At dares hanc vim M. Crasso,
ut digitorum percussione heres posset scriptus esse, qui re
vera non esset heres, in foro, mihi crede, saltaret. Homo
autem iustus isque, quem sentimus virum bonum, nihil cui-
quam, quod in se transferat, detrahet. Hoc qui admiratur,
76 is se, quid sit vir bonus, nescire fateatur. At vero si qui volue-
rit animi sui complicatam notionem evolvere, iam se ipse doceat
eum virum bonum esse, qui prosit, quibus possit, noceat nemini
nisi lacessitus iniuria. Quid ergo? hic non noceat, qui quo-
dam quasi veneno perficiat, ut veros heredes moveat, in eorum
locum ipse succedat? 'Non igitur faciat', dixerit quis, 'quod
utile sit, quod expediat?' Immo intellegat nihil nec expedire
nec utile esse, quod sit iniustum; hoc qui non didicerit, bo-
77 nus vir esse non poterit. *C.* Fimbriam consularem audiebam

gleicher Selbständigkeit aussprechen soll, wie wenn ein *idque* etc. (S. 47. 12) oder *et* etc. dabeistände, wie S. 111. 6 *nec iniuria*, par. 6. 47 *et recte* oder mit Wiederholung des Verb. S. 56. 8 *et recte placet* (S. 59. 17). Aber ob z. B. S. 195. 6 nicht ebenso gut ohne Interpunktion zu schreiben ist *interpretabantur non recte*, Phil. V 31 *tum expectabantur Kal. Ian. fortasse non recte*, Lael. 18 *neque id ad vivum reseco, ut illi, qui haec subtilius disserunt fortasse vere, sed ad utilitatem parum*, läfst sich vielleicht streiten, darüber aber sollte nicht gestritten werden, dafs das Adv. in diesem Falle immer ein Urteil über den ganzen vorhergehenden Satz enthält, und dafs in der Stelle des Lael. die streng logischen Deduktionen der Philosophen 'vielleicht richtig, aber für die Praxis des Lebens unzureichend' genannt werden. | 1. *fraus*, 4 *fraudium* S. 163. 16. | 2. *cogitans* S. 58. 10. | 3. *errore* S. 143. 12 *opin.* | 4. *fraud.* S. 15. 10. | 5sqq. *habeat — utatur* S. 4. 16. | *hanc vim, ut possit* wie Z. 8sq. S. 7. 3. | *concrep.* S. 70. 27. | 7. *omn. nem.* S. 99. 10. | 8. *dares* 'man hätte geben sollen', Aufforderung statt einer Bedingung. Ebenso wird der Imperat. u. Konj. Präs. (S. 163. 6) u. Perf. gebraucht; der Konj. Imp. wie S. 181. 5 statt des Plusqu. wie in hypoth. Sätzen; S. 50. 17. | 9. Die Änderung von *qui* in *cui* ist keine Verbesserung. Die Person des Beerbten ist hier gleichgültig und bei *heredem esse* entbehrlich. | 10. *in foro salt.* S. 85. 15. | 11. *sent.* S. 74. 18. | 12. *admir.* S. 119. 13; über das Temp. S. 48. 12. | 13. *voluerit* S. 70. 27. | 14. *complic.*, Synon. *involutus*, *obscur.*, *adumbrat.*; *evolvere*, Syn. *explicare atque excutere* S. 177. 9 (S. 52. 24). | *notio*, Syn. *cognitio* (Madv. fin. II 16, N. D. I 32 ex., top. 31), *notitia* (Madv. fin. III 33 ex., Ac. II 30 a. ex., 142, leg. I 24 ex.), *intellegentia* (S. 146. 2, 177. 9, Schoem. N. D. I 49 ex.), *informatio*, *conformatio*, *forma* (S. 64. 9), ἔννοια oder πρόληψις (Ac. II 30, top. 31), 'die Vorstellung, der Begriff', objektiv S. 177. 10 (s. S. 179. 28); daher *nosse aliquid* 'einen Begriff von etwas haben', S. 175. 8. | 17sq. *mov. — succed.* '— um zu treten'; S. 2. 2. | 18. *dixerit* S. 40. 10. | 19sq. *nec — nec* S. 33. 7. |

de patre nostro puer iudicem M. Lutatio Pinthiae fuisse, equiti Romano sane honesto, cum is sponsionem fecisset, NI VIR BONUS ESSET. Itaque ei dixisse Fimbriam se illam rem numquam iudicaturum, ne aut spoliaret fama probatum hominem, si contra iudicavisset, aut statuisse videretur virum bonum esse aliquem, cum ea res innumerabilibus officiis et laudibus contineretur. Huic igitur viro bono, quem Fimbria etiam, non modo Socrates noverat, nullo modo videri potest quicquam esse utile, quod non honestum sit. Itaque talis vir non modo facere, sed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat praedicare. Haec non turpe est dubitare philosophos, quae ne rustici quidem dubitent? a quibus natum est id, quod iam contritum est vetustate, proverbium. Cum enim fidem alicuius bonitatemque laudant, dignum esse dicunt, 'quicum in tenebris mices'. Hoc quam habet vim nisi illam, nihil expedire, quod non deceat, etiamsi id possis nullo refellente optinere? Videsne hoc proverbio neque Gygi illi posse veniam 78
dari neque huic, quem paulo ante fingebam digitorum percussione hereditates omnium posse converrere? Ut enim, quod turpe est, id, quamvis occultetur, tamen honestum fieri nullo modo potest, sic, quod honestum non est, id utile ut sit, effici non potest adversante et repugnante natura.

At enim, cum permagna praemia sunt, est causa pec- 20 79
candi. C. Marius cum a spe consulatus longe abesset et iam septimum annum post praeturam iaceret neque petiturus umquam consulatum videretur, Q. Metellum, cuius legatus erat, summum virum et civem, cum ab eo, imperatore suo, Romam mis-

1. *de* S. 178. 6. | 2. *sane* S. 29. 11. | *spons. — esset.* Die bei den Römern auch im Privatleben sehr beliebten Wetten wurden in der Justiz wegen der Bestimmtheit in der Formulierung der Frage und der Promptheit in der Ausführung des Erkenntnisses vielfach zur Abkürzung des Verfahrens angewendet. Dabei wird wie bei *pignus dare* statt *si* oft *ni* gesetzt, über dessen Erklärung nichts fest steht. Die Fassung der *sponsio* ist an unserer Stelle (*si* oder) *ni ego vir bonus sum, — dare spondes? — Spondeo.* Solche Sponsionen hatten den Zweck, auf diesem indirekten Wege durch die gefällte Entscheidung ein sicheres Präjudiz für irgend eine andere Streitfrage zu gewinnen, deren direkte Verfolgung viel umständlicher gewesen wäre. | 4sq. *ne aut — aut* S. 83. 1. | 5. *contra iud.* 'ein ungünstiges Urteil fällen', öfter *contra aliquem iud.* wie Flacc. 11; vergl. *contra liceri* S. 167. 8. | *iudicav.* S. 70. 27. | 6. *laudib.* S. 15. 8. | 8. *noverat* S. 174. 14. | 12. *dubit.* S. 140. 2. | 13. *enim* S. 13. 3. | 14. *bonit.* S. 36. 5. | Das Sprüchwort ist so gewöhnlich, dafs man auch das Verb. fortliefs wie fin. II 52. Das *micare* ist ein Unterhaltungsspiel, vielfach aber wie Losen u. Würfeln, womit es div. II 85, S. 182. 2 zusammengestellt wird, zur Entscheidung über ernste Dinge angewendet. Die beiden Spieler hielten gleichzeitig eine beliebige Anzahl Finger in die Höhe u. nannten eine Zahl. Wer zuerst oder die ersten 3 Male die richtige Zahl der von beiden ausgestreckten Finger getroffen hatte, gewann. | 17. *Gygi* S. 155. 24. | 20. *quamv.* S. 26. 18.

23. *At enim* S. 85. 7. | *est causa* S. 113. 25. | 25. *iac.* S. 159. 19. | 27sq. *miss. esset.* Geschickt war Mar. nicht,

sus esset, apud populum Romanum criminatus est: bellum illum ducere; si se consulem fecissent, brevi tempore aut vivum aut mortuum Iugurtham se in potestatem populi Romani redacturum. Itaque factus est ille quidem consul, sed a fide iustitiaque discessit, qui optimum et gravissimum civem, cuius legatus et a quo missus esset, in invidiam falso crimine ad-
80 duxerit. Ne noster quidem Gratidianus officio viri boni functus est tum, cum praetor esset collegiumque praetorium tribuni plebi adhibuissent, ut res nummaria de communi sententia constitueretur; iactabatur enim temporibus illis nummus sic, ut nemo posset scire, quid haberet. Conscripserunt communiter edictum cum poena atque iudicio constitueruntque, ut omnes simul in rostra post meridiem escenderent. Et ceteri quidem alius alio, Marius ab subselliis in rostra recta idque, quod communiter compositum fuerat, solus edixit. Et ea res, si quaeris, ei magno honori fuit; omnibus vicis statuae, ad eas tus, cerei; quid multa? nemo umquam multitudini fuit
81 carior. Haec sunt, quae conturbent in deliberatione non num-

sondern hatte sich Urlaub erbeten, ausdrücklich behufs der Bewerbung um das Konsulat, welchen er mit Mühe und unter bitterer Verhöhnung von Metell. erhielt; Sall. J. 64. 4. | 2. *feciss.* Konj. Fut. II; S. 70. 27. | 3. *Jug. se* S. 118. 32. | 6. *missus esset — adduxerit* S. 140. 2. | 7. *Ne nost. quid. Grat.* statt *ne Grat. quid. nost.* wie rep. I 25 *id ne nostrum quidem Ennium fugit*; fat. 27 *si tum non esset vera haec enuntiatio: 'Capiet Numantiam Scipio', ne illa quidem eversa vera est haec enuntiatio: 'Cepit Numantiam Scipio'*, Brut. 23 ex. *prudentia ne maximis quidem in bellis aequo animo carere quisquam potest*; ähnlich fin. III 15 (*rei inusitatae*) *inauditum quoque nomen imponere*; S. 125. 7. | 10. *iact. num.* 'das Geld schwankte in seinem Werte', nämlich wegen vielfacher Falschmünzerei. Plin. XXXIII 132 *ars facta denarios probare tam iucunda plebi lege, ut Mario Gratidiano vicatim totas statuas dicaverint.* | 12. *edictum cum poena* kann man zu S. 19. 20 u. 34. 15 ziehen. | *atq. iudic.* 'und Bestimmung des dabei anzuwendenden Gerichtsverfahrens'. | 14. Verba des Gehens werden bei Ortsbezeichnungen öfters ausgelassen; fin. V ex. *Sed tempus est, et recta quidem ad me*, Ac. II 1 *post in Africam, inde ad consulatum*, besonders in Gesprächen wie fin. III 8 *Quid tu, inquit, huc?* | 15. *comp. fuerat* 'verabredet gewesen war'. Die Verabredung war durch Mar. gebrochen, bestand also gewissermaſsen nicht mehr. S. 195. 11 *relicti fuissent*; S. 39. 14 *occupati et sunt et fuerunt.* | 16. *si quaeris, quaeritis, quaerimus*, auch mit *verum*: 'wenn du durchaus die Wahrheit wissen willst, so kann ich nicht leugnen' (S. 39. 7), d. h. 'allerdings, leider' etc. Vergl. *sane* S. 29. 11. | *omn. vicis*, ders. Ausdruck Att. V 21. 5 (Plin. XXXIV 27 von derselben Sache *in omn. vic.*); Caes. civ. III 5. 1 *hiemare Apolloniae omnibusque oppidis maritimis*, ib. 2 *omni ora maritima classem disposuerat.* | *statuae — cerei* S. 160. 16. | *tus, cerei* S. 32. 1. Sen. de ira III 18. 1 *cui vicatim populus statuas posuerat, M. Mario, cui ture ac vino supplicarat, L. Sulla praefringi crura, erui oculos, amputari manus iussit.* | 18. *conturb.* Einige schreiben statt des Konj., der ihnen 'plane repudiandus' scheint, den Ind. S. fam. XII 5 ex. *Haec erant fere, quae tibi nota esse vellem*, leg. II ex. *id est profecto, quod rem p. contineat maxime*, Caes. G. VI 25. 5 *quae maxime different, haec sunt*, Tusc. V 85 *hae sunt sententiae, quae habeant* etc., und

quam, cum id, in quo violatur aequitas, non ita magnum, illud autem, quod ex eo paritur, permagnum videtur, ut Mario praeripere collegis et tribunis plebi popularem gratiam non ita turpe, consulem ob eam rem fieri, quod sibi tum proposuerat, valde utile videbatur. Sed omnium una regula est, quam tibi cupio esse notissimam, aut illud, quod utile videtur, turpe ne sit aut, si turpe est, ne videatur esse utile. Quid igitur? possumusne aut illum Marium virum bonum iudicare aut hunc? Explica atque excute intellegentiam tuam, ut videas, quae sit in ea [species] forma et notio viri boni. Cadit ergo in virum bonum mentiri emolumenti sui causa, criminari, praeripere, fallere? Nihil profecto minus. Est ergo ulla res 82 tanti aut commodum ullum tam expetendum, ut viri boni et splendorem et nomen amittas? Quid est, quod adferre tantum utilitas ista, quae dicitur, possit, quantum auferre, si boni viri nomen eripuerit, fidem iustitiamque detraxerit? Quid enim interest, utrum ex homine se convertat quis in beluam an hominis figura inmanitatem gerat beluae?

mit unanfechtbarer Lesart Verg. Aen. III 461 *haec sunt, quae nostra liceat te voce moneri*, Ov. a. a. III 585 *hoc est, quod patiatur*. *Hoc est, quod conturbat* heifst 'dies ist das bestimmte Ding, welches (die bekannte) Verwirrung anrichtet', *conturbet* 'dies ist der' oder 'ein Umstand, der dazu angethan ist —'; S.47.3; 178.14. | *conturbent* mit selbstverständlichem Obj., *animos*, wie S.157.12 steht. | 1. *in quo* S.41.6. | 2. *autem* S.2.2. | 4. *cons.* asynd. S. 2. 2. | 5. *omnium* S. 44. 16. | 6 sqq. *aut illud — ne sit aut — ne vid.* ist nicht weniger inkorrekte Stellung als sein würde *aut Gaius vivit aut mortuus est*, aber bei Pronom. nicht ungewöhnlich, wie S. 118. 10, fam. IV 7. 2 *neque te consilium nec copias probare*, Ac. I 3 *non te ea intermittere, sed accuratius tractare*, Nep. VII 7. 2 *aut eum neglegenter aut malitiose fecisse* u. oft, selten wie fin. V 58 *nec res videre optimas nec agere possint*. | *regula, ne* S. 23. 14. | 6sq. *videtur* u. *est* statt des Fut. oder Konj. S. 48. 12 u. 98. 27. | 9. *explic. — intell.* S. 174. 14. | 10. Über *species* und *forma* S. 33. 2 u. 64. 9. Darüber, dafs einer von beiden Ausdrücken unecht ist, sind die neueren Herausg. so ziemlich einig, welcher von beiden, läfst sich nicht sagen. | *notio* S. 174. 14. | *Cadit in hom. aliquid* von Handlungen 'er ist dazu fähig', von Zuständen wie *morbus* 'er ist ihnen unterworfen, zugänglich', wie *res in intellegentiam* S. 146. 2. 12. *prof.* S. 2. 4. | 14. *splendor* u. *nomen* sind Synon., letzteres in prägnantem Sinne wie *fama* (, *animus* S. 109. 21) etc., 'Ehrenname, Ruhm'; div. I 31 ex. *erat in magno nomine et gloria*. | 14. *amitt.* 'preisgeben, opfern' freiwillig, öfter falsch geändert; N. D. I 66 ex. *nomen*, II 124 a. ex. *captum*, fam. VII 17. 3 *tempus*, Att. XV 11. 2 *occasiones*, int. Tusc. II 32 *fortitudinem*, Verr. III 32 ex. *rem*, IV 44 *praedam*, Cael. 64 *Licinium de manibus*. | 17sq. *an — beluae*. Ganz derselbe Gedanke fast mit denselben Worten rep. II 48 *qui (tyrannus) quamquam figura est hominis, morum tamen inmanitate vastissimas vincit beluas.* | 18. *hom. fig.* ist Abl. qual., wobei der Gen. die Stelle des Adj. vertritt (S.153.7 *in figura hom.*); N. D. I 48 *hominis esse specie deos confitendum est*, 91 *homines deorum forma nascerentur*, Caes. G. VI 26. 1 *est bos cervi figura*, Ascon. in Corn. p. 55. 9 *simulacra effigie hominum*, öfter *magnitudine, crassitud., colore, numero, similitud.*, namentl. übertragen *specie* (S.158.10, 160.1), *simulat.* (S.184.20, 185.6). Sehr wahrscheinlich ist die

21 Quid? qui omnia recta et honesta neglegunt, dum modo potentiam consequantur, nonne idem faciunt, quod is, qui etiam socerum habere voluit eum, cuius ipse audacia potens esset? Utile ei videbatur plurimum posse alterius invidia; id quam iniustum in patriam et quam turpe esset, non videbat. Ipse autem socer in ore semper Graecos versus de Phoenissis habebat, quos dicam, ut potero, incondite fortasse, sed tamen, ut res possit intellegi:

Nam sí violandum est iús, regnandi grátia
Violándum est; aliis rébus pietatém colas.

Capitalis [Eteocles vel potius Euripides], qui id unum, quod
83 omnium sceleratissimum fuerit, exceperit! Quid igitur minuta colligimus, hereditates, mercaturas, venditiones fraudulentas? ecce tibi, qui rex populi Romani dominusque omnium gentium esse concupiverit idque perfecerit! Hanc cupiditatem si honestam quis esse dicit, amens est; probat enim legum et libertatis interitum earumque oppressionem taetram et detestabilem gloriosam putat. Qui autem fatetur honestum non esse in ea civitate, quae libera fuerit quaeque esse debeat, regnare, sed ei, qui id facere possit, esse utile, qua hunc obiurgatione aut quo potius convicio a tanto errore coner avellere? Potest enim, di immortales! cuiquam esse utile foedissimum et taeterrimum parricidium patriae, quamvis is, qui se eo obstrinxerit, ab oppressis civibus parens nominetur? Honestate igitur de-

Vermutung, dafs der Satz *Quid enim — beluae?* statt hinter *detraxerit* hinter *exceperit* S. 178. 12 gehört. Dort, nicht hier, ist von der *immanitas beluae*, dem Tyrannen, die Rede.

2. *is, qui* — Pompejus. Er heiratete a. 59 in seinem 48. Jahre des 6 J. jüngeren Cäsar Tochter Julia, die bereits verlobt gewesen war. | 6. *versus de Phoenissis* S. 19. 20. Eur. Phoen. 524 *εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι κάλλιστον ἀδικεῖν, τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.* | *de* 'entnommen aus' wie in *homo de plebe*, *unus de multis* (S. 67. 19), identisch mit dem partitiven *de* (S. 107. 8), wie bei *sumere*, *capere*, *emere*, *eripere*, *arripere* (S. 181. 13), *audire* (175. 1), *dare*, *impertire* (118. 19), und darauf geht wohl auch *cognoscere*, *quaerere*, *dicere* etc. (*aliquid*) *de aliqua re* zurück. | 8. *res* S. 107. 11. | 11. *vel pot. Eur.* ist unzweifelhaft ein thörichter Zusatz; als ob dies die Meinung des Eur. gewesen wäre. Wahrscheinlich ist aber auch *Eteocl.* unecht. Die Person in den Phön. ist gleichgültig; von Cäs. und seinem Citat ist die Rede, und statt dessen den Eteokl. zu schelten wäre Cic. gewifs nicht in den Sinn gekommen. | 12. *fuerit* u. *excep.* S. 140. 2. | 14 sq. *ecce tibi* (so öfter), *qui concup.* sehr ähnlich dem *haec sunt, quae conturbent* S. 176. 18. | 21. *convicium* ist nicht 'Schmähung', sondern 'dringende Mahnung'. Fam. XII 25 2 ist *iustissimum honestissimumque convicium*, was vorher *compellationes* hiefs. | 23. *quamv.* S. 26. 18. | *obstrinxerit* S. 98. 27 u. 140. 2. | 24. *parens.* Dieser Titel, den Cäs. schon bei Lebzeiten annahm, und den '*oppressi cives*' auf eine *solida columna prope viginti pedum lapidis Numidici in foro* setzten (Suet. c. 85), verdrofs Cic. ganz besonders, der nicht wenig stolz darauf gewesen war, bis dahin allein diesen Ehrennamen erhalten zu haben. | *derig.* scheint die richtige Schreibweise zu sein, wenn auch die

rigenda utilitas est, et quidem sic, ut haec duo verbo inter se discrepare, re unum sonare videantur. Non habeo, ad volgi 84
opinionem quae maior utilitas quam regnandi esse possit; nihil contra inutilius ei, qui id iniuste consecutus sit, invenio, cum ad veritatem coepi revocare rationem. Possunt enim cuiquam esse utiles angores, sollicitudines, diurni et nocturni metus, vita insidiarum periculorumque plenissima?

Múlti iniqui atque ínfideles régno, pauci bénivoli,

inquit Accius. At cui regno? Quod a Tantalo et Pelope proditum iure optinebatur. Nam quanto pluris ei regi putas, qui exercitu populi Romani populum ipsum Romanum oppressisset civitatemque non modo liberam, sed etiam gentibus imperantem servire sibi coëgisset? Hunc tu quas conscien- 85
tiae labes in animo censes habuisse, quae vulnera? Cuius autem vita ipsi potest utilis esse, cum eius vitae ea condicio sit, ut, qui illam eripuerit, in maxima et gratia futurus sit et gloria? Quodsi haec utilia non sunt, quae maxime videntur, quia plena sunt dedecoris ac turpitudinis, satis persuasum esse debet nihil esse utile, quod non honestum sit.

Quamquam id quidem cum saepe alias, tum Pyrrhi bello 22 86
a C. Fabricio consule iterum et a senatu nostro iudicatum est. Cum enim rex Pyrrhus populo Romano bellum ultro intulisset, cumque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potenti, perfuga ab eo venit in castra Fabrici eique est pollicitus, si praemium sibi proposuisset, se, ut clam venisset, sic clam in Pyrrhi castra rediturum et eum veneno necaturum. Hunc Fabricius reducendum curavit ad Pyrrhum, idque eius factum laudatum a senatu est. Atqui, si speciem utilitatis opi-

Hdschr. z. B. hier *dir.* haben; S. 181. 10. Über den Abl. dabei S. 146. 6. | 1. *haec duo, honest.* u. *utilitas,* S. 44. 16 u. 117. 17. | *verbo — re* S. 2. 2 u. 107. 11. | 2. *hab.* S. 25. 9. | *volgi opinio* S. 109. 8. | 4. *inut.* S. 24. 2. 5. *verit.* S. 10. 9. | *coepi* S. 70. 27. | 6sq. *angor.—met.* S. 15. 10. | 8. Statt *benivoli* haben die besseren Hdschr. *boni sunt,* Cod. c *benevoli sunt.* Das Drama des Acc. ist nicht bekannt. | 10. *Nam.* Der Gedankenzusammenhang ist: Acc. hat mit seiner Behauptung Recht (S. 22. 14). Sie gilt sogar von einer legitim ererbten Herrschaft. Von Cäs. also zu reden ist gar nicht nötig, denn —. S. 115. 6. | *ei regi putas,* näml. *benivolos fuisse.* | 11. *oppressisset* S. 140. 2. | 15. *autem* S. 8. 21.

20. *Quamq.* 'Indessen (brauche ich dies nicht zu sagen, da) —'; S. 39. 7. | 21. *cos. iter.* S. 19. 20. | 22. *enim* S. 13. 3. Dieselbe Geschichte S. 30. 12. | 25. *propos.* S. 70. 27. | 26. *clam* wird von einigen getilgt. | 28. *spec. util.* S. 154. 19. | Zu *opin.* ist ebenfalls *util.* zu denken. *Opin.* steht hier wie sehr häufig (S. 107. 13, 111. 20, 115. 4), so zu sagen, in passivem Sinne: die Vorstellung, das Vorurteil, das über etwas gehegt wird, wie *fama* (das umgekehrt dem Deutschen in aktiver Bedeutung fremdartig ist; S. 109. 8), *existimatio, spes, suspicio* (S. 108. 15, 120. 21, 123. 22), *invidia, notio* (vergl. S. 174. 14), *admiratio* (S. 110. 5), *commendatio* (S. 129. 2), 189. 6 etc. | Über das Verhältnis des Nachsatzes zum Vordersatz S. 39. 7. |

nionemque quaerimus, magnum illud bellum perfuga unus et gravem adversarium imperii sustulisset; sed magnum dedecus et flagitium, quicum laudis certamen fuisset, eum non virtute,
87 sed scelere superatum. Utrum igitur utilius vel Fabricio, qui talis in hac urbe, qualis Aristides Athenis, fuit, vel senatui nostro, qui numquam utilitatem a dignitate seiunxit, armis cum hoste certare an venenis? Si gloriae causa imperium expetundum est, scelus absit, in quo non potest esse gloria; sin ipsae opes expetuntur quoquo modo, non poterunt utiles esse cum infamia. Non igitur utilis illa L. Philippi Q. f. sententia, quas civitates L. Sulla pecunia accepta ex senatus consulto liberavisset, ut eae rursus vectigales essent neque iis pecuniam, quam pro libertate dederant, redderemus. Ei senatus est assensus. Turpe imperio! piratarum enim melior fides quam senatus. At aucta vectigalia, utile igitur. Quousque
88 audebunt dicere quicquam utile, quod non honestum? potest autem ulli imperio, quod gloria debet fultum esse et benivolentia sociorum, utile esse odium et infamia? Ego etiam cum Catone meo saepe dissensi; nimis mihi praefracte videbatur aerarium vectigaliaque defendere, omnia publicanis negare, multa sociis, cum in hos benefici esse deberemus, cum illis

1. *magn.* S. 40. 21. | 2sq. Zu *magn.* — *flagit.* ist wohl *erat* zu ergänzen; S. 164. 3. | 5. *talis fuit* S. 12. 1. | 6. *qui — seiunx.* Wohlweislich substituiert Cic. hier die *dignitas*, 'Ehre' (S. 45. 16), für die *honestas*; sonst wäre die Behauptung gar zu kühn, wie er selbst im Folg. nachweist, natürlich ohne die schlagendsten Beispiele zu erwähnen. | 8. *in quo — esse glor.* S. 189. 6. | 9. *ipsae* S. 64. 6. | *expetuntur* wie Z. 8 *est* S. 66. 8. | *quoquo* S. 31. 19. | 10. *cum inf.* gl. *coniunctae cum inf.* wie Tusc. I 116 ex. *quibus videmus optabiles mortes fuisse cum gloria*; S. 19. 20; oder auch nach S. 34. 15. | 12. *liber.* S. 134. 2, wie prov. cons. 10 *vectigales ac stipendiarios* de leg. agr. I 10 *agros.* Es waren kleinasiatische Städte. | *neq.* S. 22. 6 und 130. 3. | 16. *quicq.*, weil *quousq. aud.?* gl. ist *non debent*; S. 150. 7. | *honest.* ohne *est* S. 16. 9. | 17. *autem* S. 35. 17. Die Folgerung ergiebt sich von selbst. | 18. *utile* S. 76. 5. | 19. Die Differenz zwischen Cic. u. Cato betrifft nicht den Konflikt von Tugend und Nutzen, gehört also nicht hierher. Vergl. S. 182. 11. | 20. *publ. neg.* Cic. erzählt den Vorfall Att. I 17. 9. Die Steuerpächter von Kleinasien forderten a. 61 einen Erlafs der Pachtsumme. Cic. war selbst darüber indigniert, sprach aber doch dafür, *ne, si nihil impetrassent, plane alienarentur a senatu.* Cato setzte die Zurückweisung durch, und es trat ein, was Cic. befürchtet hatte. Ib. II 1. 8 *Catonem nostrum non tu amas plus quam ego, sed tamen ille optimo animo utens et summa fide nocet interdum rei p.; dicit enim tamquam in Platonis πολιτείᾳ, non tamquam in Romuli faece, sententiam. Quid verius* (richtiger) *quam in iudicium venire, qui ob rem iudicandam pecuniam acceperit? Censuit hoc Cato, adsensit senatus. Equites curiae bellum* (*indixerunt*), *non mihi; nam ego dissensi. Quid impudentius publicanis renuntiantibus? Fuit tamen retinendi ordinis causa facienda iactura. Restitit et pervicit Cato.* | 21sq. *deberem. — soler.* Wir würden lieber sagen 'müssen' u. 'pflegen'. Aber wie in indikativischen Sätzen oft eine für alle Zeiten gültige Handlung um ihrer Anwendung auf einen speziellen vergangenen Fall willen

sic agere, ut cum colonis nostris soleremus, eoque magis, quod illa ordinum coniunctio ad salutem rei publicae pertinebat. Male etiam Curio, cum causam Transpadanorum aequam esse dicebat, semper autem addebat: 'Vincat utilitas!' Potius doceret non esse aequam, quia non esset utilis rei publicae, quam, cum utilem non esse diceret, esse aequam fateretur.

Plenus est sextus liber de officiis Hecatonis talium quae- 23 89
stionum: 'sitne boni viri in maxima caritate annonae familiam non alere'. In utramque partem disputat, sed tamen ad extremum utilitate, ut putat, officium derigit magis quam humanitate. Quaerit, si in mari iactura facienda sit, equine pretiosi potius iacturam faciat an servoli vilis. Hic alio res familiaris, alio ducit humanitas. 'Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebitne eam sapiens, si potuerit?' Negat, quia sit iniurium. 'Quid? dominus navis eripietne suum?' 'Minime, non plus quam navigantem in alto eicere de navi velit, quia sua sit. Quoad enim perventum est eo, quo sumpta navis est, non domini est navis, sed navigantium.' 'Quid? si una ta- 90
bula sit, duo naufragi, eique sapientes, sibine uter*que* rapiat, an alter cedat alteri?' 'Cedat vero, sed ei, cuius magis intersit vel sua vel rei publicae causa vivere.' 'Quid, si haec paria

in das Präteritum gesetzt wird (S. 84. 11), so auch öfter, nicht immer, in konjunktivischen Kausalsätzen wie Tusc. I 1 *cum omnium artium, quae ad rectam vivendi viam pertinerent, ratio et disciplina studio sapientiae contineretur, hoc mihi illustrandum putavi*, oben S. 3. 12, 168. 19. | *cum illis sic agere* nicht 'mit ihnen so verhandeln', sondern 'umgehen' oder 'gegen sie verfahren' wie S. 134. 13; S. 12. 1; Tusc. IV 54 *qualis est cum uxore?* 'wie benimmt er sich gegen —', Lact. opif. dei 3. 2 *cum mutis liberaliter se gerere* 'insolenter dictum'; S. 191. 4. | 1. Der Konj. *soler.* als Gedanken des logischen Subj. von *videbatur.* | 2. *pertineb.* S. 23. 12. | 3. *Male Curio* S. 53. 19. | 4. *autem* S. 2. 2. | 5. *doceret* S. 174. 8. | 6. Die Wortstellung ist unsicher. Die besseren Hdschr. haben *cum ut. esse dic. non esse aeq.*, Cod. c *cum non ut. dic. esse aeq.*

7. *lib. de off.* S. 30. 12. | 8. *fam.* nicht 'die Familie'. | 9. *in utr. part.* S. 110. 11. | 12. *faciat* 'ob man — solle'; S. 8. 10; 61. 15, 155. 15. | 13. *de* S. 178. 6. | 14. *potuerit* S. 70. 27. | 15. *iniur.*, ein noch seltneres Wort als das S. 32. 6 gebrauchte, wenigstens noch ein paar Mal bei Cic. vorkommende *iniuriosus.* | *suum* S. 117. 17. | 16. *non plus quam*, nicht *non magis q.*, weil das *eicere de navi* keiner Steigerung fähig ist; ebenso S. 198. 3. Ist jenes der Fall, so ist *plus* der Komparat. von *multum*, beides Inhaltsacc. (S. 126. 18) wie sen. 27 *ne nunc quidem vires desidero adulescentis, non plus quam adulescens tauri aut elephanti desiderabam.* | Die Hdschr. haben *quam si navig.* | 19. Statt *sibine uterque* haben die Hdschr. *sibi neuter.* Da dies eine sinnlose Alternative ist (Es hiefse: 'Würde jeder von beiden das Brett abtreten oder einer dem andern?'), so hat man geschrieben *sibine uter*, was heifsen soll 'einer von beiden'. Aber dadurch wird erstlich der Sinn nicht verbessert, sondern beide Fragen kommen auf eins hinaus; denn wenn nur der eine von beiden das Brett an sich rafft, der andere nicht, so tritt eben der andere das Brett ab. Aufserdem aber kommt *uter* nur nach *si*, *sive* und *nec* (vergl. *sicubi* und *necubi*) als Indefin. vor. | 20. *vero* S. 56. 9. | 21. *si paria* S. 16.

in utroque?’ ‘Nullum erit certamen, sed quasi sorte aut micando victus alteri cedet alter.’ ‘Quid? si pater fana expilet, cuniculos agat ad aerarium, indicetne id magistratibus filius?’ ‘Nefas id quidem est, quin etiam defendat patrem, si arguatur.’ ‘Non igitur patria praestat omnibus officiis?’ ‘Immo vero, sed ipsi patriae conducit pios habere cives in parentes.’ ‘Quid? si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater, silebitne filius?’ ‘Immo vero obsecrabit patrem, ne id faciat. Si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiam, ad extremum, si ad perniciem patriae res spectabit, patriae salutem
91 anteponet saluti patris.’ Quaerit etiam, si sapiens adulterinos nummos acceperit inprudens pro bonis, cum id rescierit, soluturusne sit eos, si cui debeat, pro bonis. Diogenes ait, Antipater negat, cui potius assentior. Qui vinum fugiens vendat sciens, debeatne dicere. Non necesse putat Diogenes, Antipater viri boni existimat. Haec sunt quasi controversa iura Stoicorum. In mancipio vendundo dicendane vitia, non ea, quae nisi dixeris, redhibeatur mancipium iure civili, sed haec, mendacem esse, aleatorem, furacem, ebriosum. Alteri dicenda
92 videntur, alteri non videntur. Si quis aurum vendens orichalcum se putet vendere, indicetne ei vir bonus aurum illud esse

9. | 2. *mic.* S. 175. 15. | *expilet — agat* S. 32. 1. | 4. *nef. est* S. 164. 3. 9. *accus.* nicht ‘anklagen’; S. 118. 6. | 10sq. *patriae sal. — patris*, absichtlich nur Umschreibung dessen, was gemeint ist. | 11 sqq. Es ist sehr richtig bemerkt, dafs die von *Quaerit etiam* bis c. 23 ex. angeführten Fälle nicht hierher gehören (wie S. 180. 19), wo von dem Konflikte zweier Pflichten die Rede ist, sondern zu der c. 13 besprochenen Frage der *reticentia*, u. dafs höchst auffallend hier wieder die c. 12 sq. vorgeführten Diog. u. Antip. auftreten, die über die von Hecaton aufgeworfenen Streitfragen kein Urteil abgeben konnten, weil sie früher lebten. Bemerkenswert ist auch die Rückkehr zu der S. 181. 13 verlassenen or. obl.; S. 25. 12. Trotzdem würde man nur den Cic. verderben, wenn man dem Vorschlage folgte, *Quaerunt* zu schreiben und die ganze Stelle hinter c. 13 zu setzen. S. Einleitung. | *etiam* S. 123. 24. | *si — cum* S. 152. 11. | 14. Zu *vinum fugiens* wird verglichen Sen. ep. 12. 4 *gratissima sunt poma, cum fugiunt, pueritiae maximus in exitu decor est.* Non. erklärt *fugere* mit *deterius fieri.* Ders. schreibt übrigens *Si qui vin.*, die besten Hdschr. *venenum* statt *vinum.* | *vendat*, wie Z. 20sq., S. 164. 7; der Konj., als wenn *si quis* statt *qui* gesetzt wäre, wie de or. I 237 ex. *qui — nesciat, causam agere non possit.* | 16. *quasi*, weil der Ausdruck ein bildlicher ist. | 17. *dicendane* ohne *sint* S. 16. 9. | 18. *redhibeatur* S. 168. 20, 47. 3. | Die Infin. (*servum*) *mend. esse* etc. sind mit ähnlicher Freiheit an *haec dicenda vitia* angeschlossen wie S. 28. 6. | *furac.* widerspricht nicht dem *de furtis* S. 172. 18 Gesagten. Der Verkäufer mufste nur dafür haften, dafs der Sklave nicht etwa nachträglich für bestimmte Diebstähle verantwortlich gemacht werden konnte. Charakterfehler wie Neigung zum Stehlen, *aleatorem, vinarium, gulosum* etc. *esse edicto aedilium* (S. 169. 1) *non continentur* nach Dig. XXI 1. 4. 2, und speziell vom Stehlen XXI 1. 52 *si furtum domino servus fecerit, non est necesse in venditione servi praedicere, nec ex hac causa redhibitio est. Sed si dixerit hunc furem non esse, ex illa parte tenebitur, quod*

an emat denario, quod sit mille denarium. Perspicuum est iam, et quid mihi videatur, et quae sit inter eos philosophos, quos nominavi, controversia.

Pacta et promissa semperne servanda sint, QUAE NEC VI 24
NEC DOLO MALO, ut praetores solent, FACTA SINT. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem pepigeritque, si eo medicamento sanus factus esset, ne illo medicamento umquam postea uteretur, si eo medicamento sanus factus sit et annis aliquot post inciderit in eundem morbum nec ab eo, quicum pepigerat, impetret, ut iterum eo liceat uti, quid faciendum sit. Cum sit is inhumanus, qui non concedat, nec ei quicquam fiat iniuriae, vitae et saluti consulendum. Quid? 93
si qui sapiens rogatus sit ab eo, qui eum heredem faciat, cum ei testamento sestertium milies relinquatur, ut, ante quam hereditatem adeat, luce palam in foro saltet, idque se facturum promiserit, quod aliter heredem eum scripturus ille non esset, faciat, quod promiserit, necne? Promisisse nollem et id arbitror fuisse gravitatis; quoniam promisit, si saltare in foro turpe ducet, honestius mentietur, si ex hereditate nihil ceperit, quam si ceperit, nisi forte eam pecuniam in rei publicae magnum aliquod tempus contulerit, ut vel saltare, cum patriae consulturus sit, turpe non sit.

Ac ne illa quidem promissa servanda sunt, quae non sunt 25
iis ipsis utilia, quibus illa promiseris. Sol Phaëthonti filio, ut 94
redeamus ad fabulas, facturum se esse dixit, quicquid optasset; optavit, ut in currum patris tolleretur; sublatus est; atque is,

dixit promisitve. | 1. *sit* S. 140. 2 und 98. 27.

4. *Pacta — sint*, näml. *quaeritur*, gewissermaſsen Überschrift. | 5. *ut praet. sol.* Die Ellipse von *dicere* oder *edicere* ist sehr merkwürdig und wohl nur so erklärlich, daſs *solere* ähnlich wie *consuetudo* u. *mos* (S. 43. 3) gebräuchlich war. Was man vergleicht, Brut. 16 *nec enim ex novis, ut agricolae solent, fructibus est, unde tibi reddam, quod accepi*, hat keine Ähnlichkeit. | Das Edikt geben die Dig. II 14. 17. 7 *Ait praetor: Pacta conventa, quae neque dolo malo neque adversus leges, plebisscita, senatus cons. (, edicta principum), neque quo fraus cui eorum fiat, facta erunt, servabo.* | *Si — si* S. 152. 11. | 6. *ad* sehr gewöhnlich für 'gegen' bei Krankheiten, in dem Sinne 'förderlich für'; S. 1. 5 u. 52. 23. | 7sq. *fact. esset — uteretur* S. 20. 1. | 15. *in foro salt.* S. 85. 15. | 16. *aliter* gl. *si non promisisset*; S. 82. 5. | 17. *Promisisse* hat man unnötig in *promisisset* geändert wie bei gleichem Subj. Quinct. 30 *tacuisse mallem*, Verr. IV 43 *nollem dixisse*, Att. VII 1. 2 *vellem audisse* u. a. | 19. *honest.* S. 75. 21. | 20. *quam*, näml. *mentietur*. Wenn er es für unanständig hält zu tanzen, d. h. wenn er nicht tanzt, hält er in beiden Fällen sein Versprechen nicht, sowohl wenn er das Geld nimmt, als wenn er es nicht nimmt. Man hat die Stelle ändern wollen. | *in* S. 32. 18. | *magnum temp.* ist ein solches, das *magna opera* fordert; Gefahr braucht wenigstens nicht dabei zu sein; S. 40. 21; *tempus* S. 22. 12.

25. *optasset* S. 70. 27. | 26. *opt. — subl. est* S. 156. 4. | Auch hier hat man *atque* in *atqui* geändert; S. 85. 9. Es konnte hier *isque* stehen wie S. 133. 29; ein gegensätzliches Ver-

ante quam constitit, ictu fulminis deflagravit. Quanto melius fuerat in hoc promissum patris non esse servatum! Quid, quod Theseus exegit promissum a Neptuno? cui cum tres optationes Neptunus dedisset, optavit interitum Hippolyti filii, cum is patri suspectus esset de noverca; quo optato impetrato
95 Theseus in maxumis fuit luctibus. Quid, *quod* Agamemnon cum devovisset Dianae, quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolavit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius? Promissum potius non faciendum quam tam taetrum facinus admittendum fuit. Ergo et promissa non facienda non numquam, neque semper deposita reddenda. Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens, reddere peccatum sit, officium non reddere. Quid? si is, qui apud te pecuniam deposuerit, bellum inferat patriae, reddasne depositum? Non credo; facies enim contra rem publicam, quae debet esse carissima. Sic multa, quae honesta natura videntur esse, temporibus fiunt non honesta; facere promissa, stare conventis, reddere deposita commutata utilitate fiunt non honesta. Ac de iis quidem, quae videntur esse utilitates contra iustitiam simulatione prudentiae, satis arbitror dictum.

96 Sed quoniam a quattuor fontibus honestatis primo libro officia duximus, in eisdem versemur, cum docebimus ea, quae videantur esse utilia neque sint, quam sint virtutis inimica. Ac de prudentia quidem, quam vult imitari malitia, itemque de iustitia, quae semper est utilis, disputatum est. Reliquae

